de regu.iur.in vȷ.aliȷ dicunt ꝙ poteſt in totum tolli. quia ſi non
poſſet,ergo nec diminui.per l.quod de bonis.§.fi.ff.ad legem fal.
De hoc p Cy.in l.ſancimus.ȷ.de nu.& ꝑ Bar.ĩ l.Titio cẽtũ.§. Ti.
genero. de cond.& demõ.& ibi dixi in gl.ibi vel ſecundũ Io.dic
hæc vera.non enim vult iſte tex.dicere quod ingreſſus monaſte
rium ſi habeat liberos non poſsit poſtea teſtari, imò poteſt inter
eos.vt in auth.ſi qua mulier.ſed vult dicere ꝙ ſi nõ teſtatur, bo-
na omnia pertinent ad monaſterium:ſalua legitima filiorum, &
3 hoc etiam dicitur in illa auth.in fi.†Item gloſſ.fi.dicit notabiliter
ſecundũ quoſdã ꝙ filiȷ poſſunt illã legitimam petere ſtatim, etiã
viuo patre naturali.Sed in auh.ſi qua mulier.in gl.fi.dicit contra
rium quod eo demum mortuo. & hæc verior de iure ciuili.Sed
de iure canonico videtur prima verior.vt ibi dixi.per c.cum ſci-
mus.de regularibus.

## LEX XXI.

1 AD ſimilitudinem.† Dignitas ſuperue-
niens facit vt quis poſ
ſit ſeruire p ſubſtitutum.h.d.Si ergo libertus acquirat
dignitatem eccleſiaſticam cùm per hoc nõ præiudicet̃
iuri patroni,arg.in l.fi.ff.de nata.reſti.poterit operas præſtare per
ſubſtitutum.& not.hic quòd tunc præſtat ſuo periculo.vt etiam
dixi in l.quiſquis.ſuprà eodem.

1 *☞ Pœna pecuniaria quæ applicatur parti dicitur ciuilis,ſed quæ applicatur fiſco crimi-*
*nalis.& quando dicatur etiam ciuilis?*
3 *Portans literas in quibus fit mẽtio de perſona ſua præſumitur eſſe ille de quo fit mentio*
*in literis,niſi probetur contrarium.*
4 *Non debet haberi pro clerico,qui non habet inſignia clericalia.*
*Percutiens clericum qui non erat in habitu & tonſura clericali,non incidit in excom-*
*municationem,niſi percutiens ſciebat ipſum eſſe clericum.*
5 *Clericatus an poſsit probari per teſtes?*
*Quando iudex ſecularis fecit aliquem capi pro maleficio, & ipſe dicit ſe clericum, &*
*petit ſe remitti ad curiam epiſcopi,quæ ſint partes iudicis ſecularis?*

## LEX XXII.

SI qua per calumniam. Iſta lex ſemper al
legatur.& h.dicit.
1 †Accuſans epiſcopũ calumnioſè de aliquo crimine , vl-
tra pœnam calumniæ patitur pœnã pecuniariam pro temeraria
vocatione de qua hic.hoc primò.Et priuilegia cõceſſa eccleſiȷs,
b quantũ ad hoc vt confugientesᵇad eam ſint ſecuri:firma perma-
nent.hoc ſecundò.& clerici peregrini nõ habentur pro clericis,
niſi habeant literas teſtimoniales ſuorum epiſcoporũ.hoc tertiò
& vltimò. Et de hoc vltimò habetur titulus in decretalibus de
2 clericis peregrinis,qui habuit ortum ab hac lege.†In prima par-
te not.gl.quæ incipit.[hoc ſi ciuiliter.] ꝙ pœna pecuniaria licet
applicetur fiſco,dicitur pœna ciuilis.Contrarium tñ dicunt do-
cto.quòd illa dicitur ciuilis quæ applicatur parti.& contingit in
omnibus criminibus priuatis,vt pœna furti,vel vi bonorum ra.
vel ſimiles : quando autem fiſco,dicitur criminalis.vt l.agraria.
& ibi not.ff.de ter.mo.de hoc vt per Cy.in l.qui ſepulchra ȷ.de ſe
pul.viol.& per Bart.in d.l.agraria.ſed hic ideo appellatur largo
modo ciuilis,ad differentiam corporalis, quæ etiam imponitur
hoc caſu propter calumniam.vt in illa glo.& iſta pecuniaria im-
ponitur propter temerariã vocationem ſecũdũ Ricar.malũb. &
3 alios doct.†Ex fine huius.l.colligũtur duo.
primò quod ſi aliquis portet literas,in qui-
bus fiat mẽtio de perſona ſua, & ſibi aliqd
cõmittatur,ſi opponatur ſibi tu non es ille
de quo fit mentio in his literis, niſi probes.
potuiſti enim cuidam alteri ſubtrahere. ꝙ
iſta cõtradictio non admittatur, imò ſi aſſe
rit ſe illum,præſumitur:niſi contrariũ oſtẽ
datur.quod not.nã ſi aliquis de lõginquis
partibus portet inſtrumentũ procuratiõis,
in quo cõtinetur quod talis cõſtituit Titiũ
procuratorẽ ad agendũ & ille aſſerat ſe eſſe
illum Titiũ de quo in inſtrumento.Aduer
ſarius autẽ dicit non cognoſco te, proba ꝙ
ſis ille Titius.dicunt doc.per iſtum text. ꝙ
non habet neceſſe probare.quod perpetuò
tene mẽti.pro quo bene facit tex.cum gloſ.
in l.fi.de pac.cõuen.quę vult ꝙ ſi penes ali
quem reperiunt̃ inſtrumenta mea, in qbus
mihi teneris.& ille agat contra te tanquam
procurator meus, nec producat mãdatum
ad agendum,ſatis præſumit̃ eſſe:ex quo pe
nes eum ſunt iura mea.hoc tñ dic vt ibi no.
4 vt l.maritus.ȷ.de procu.† Item colligitur in
fi.ar.ſecũdũ gl.quod non debet haberi pro
c clerico qui nõ habet inſignia clericalia,ᶜ &
d ſic percutiens clericumᵈqui non erat in ha-
bitu & tonſura, non incidit in excõicatio-
nem,in quam incidunt percutiẽtes clericũ
ſecũdũ gl.Doct.dicũt ꝙ eſt verũ,niſi ſciret
ipſum clericũ.nã tunc non excuſatur, licet
ille non ſit in habitu & tonſura. quia dolus
ipſius percutientis præponderat culpæ cle
rici non portantis tonſurã vel habitũ.ar.in
5 l.Itẽ ſi obſtetrix.in fin.ff.ad l. Aquil.†Item
etiam allegat̃ iſte tex.ꝙ clericatus non põt
probari per teſtes.Sed requiritur ſcriptura.
& idem dicũt quidã de titulo beneficiȷ.Sed
in contrarium ꝙ nõ.Archi.in prœmio ſe-
xti lib.dic vt ibi in nouella.vbi omnino vide de hoc.vide hic per
Cy.poſt Pe.& p bal.q tãgit plura circa materiã.c.ſi iudex laicus.
de ſen.excõ.lib.vȷ.qñ iudex ſecularis fecit aliquẽ capi ꝓ malefi-
cio:& ipſe dicit ſe clericũ,& petit ſe remitti ad curiã epiſcopi. q̃
ſint partes iudicis ſecularis.Et iſtud quotidie contingit de facto.

a ❡Tolli. Adde de hoc & dic vt per Ale. de Im.ĩ ſua diſ.ici. Sigiſmũdus.ĩ iiȷ.dub. co. xxiȷ.& in ſuo cõſ.lv. col.fi.in ȷ.volu. vbi vult ꝙ poſsit minui, nõ autẽ in totũ tolli. & ꝙ nõ poſsit ĩ totũ tolli tenet idẽ Paul. de Caſ.in cõſ.xvȷ. in ȷ. parte cõſi.nouorũ. & vide eũdẽ Pau. in auc̃.nouiſsima.ȷ.d̃ in offi.teſ.& ibi.d.Fab. in repetitiõe char.x-vȷ.col.ȷ. & adde bar ba.in cõſi.xxiiȷ.col. iiȷ.in ȷ.vo.Ab.conſi. lxiiȷ.lxvȷ. & lxxvȷ. in ȷ.vo.Cur.& vltra ꝑdicta vide p d.Ma. Sozi.in cõſ.xxx.col. ȷ.& do.Bar.eius filiũ in cõſ.cl.col.ȷ. verſi. prima igit̃ radix.S.

b ❡Cõfugiẽtes ad eã. Adde c.inter alia. & ibi doc.de imu. eccl. & ibi diffuſè.p Pet. de Rauena in ſua repetitione.

c ❡Qui non habet inſignia clericalia. Adde doc.ĩ c.clerici.el ȷ. de vi.& ho.cle.& docto.in c.ȷ. de apoſta.

d ❡Percutiens clericũ. Adde tex.& ibi Flo. in l.ſcientiã.§.ſi meũ. ff.ad legẽ Aquil. cui adde tex.& glo. in l. ſi ignorans. ff. loca. Bart. in l.item apud Labeonẽ.in §. ſi quis virgines.ff.d̃ iur. gl. magna in fine.& ibi Ioã. de Imol. in cle.ȷ. de conſangui.& affi.

## LEX XXIII.

1 QVoniam.†Iſtæ Eutiches hęreticus qui fuit dã-
natus in cõcilio Calcedonẽſi dicebat
in Chriſto tm̃ vnã fuiſſe naturã.ſ.humanã:et ibi fuit de
terminatũ qđ erat duplex natura.ſ.diuina & humana:
nã ſi humana tm̃,reſurgere nõ potuiſſet:& ſi diuina tantũ nõ po
tuiſſet mori de hoc habetur.xv.di.c.canones : & in iſto concilio
interfuerunt ſeptingenti.xxx.epiſcopi.nec in aliquo alio vnquã
tot fuerunt.

1 *☞ Materia executorum ultimæ uoluntatis.remiſsiuè.*
2 *Appellatione pauperum etiam eccleſiæ continentur.*
3 *Pecuniæ relictæ pauperibus,an poſsint cõuerti in fabricã eccleſiæ,ſi indiget reparatiõe?*
4 *Pauper dicitur ille qui parum habet:ſed inops qui nihil habet, & quæ ſit differentia in-*
*ter penuriam & paupertatem.*
5 *Paupertas qualiter probetur. remiſ.*

## LEX XXIIII.

1 ID quod pauperibus.†Relictum paupe-
ribus valet nõ ob-
ſtante incertitudine perſonarum.Sic & donatio.vt ſ.ti.ȷ.
l.illud.& eſt ſpeciale ſecundùm gloſ.quod incertitudo nõ vitiat,
regulariter ſecus.niſi ſit commiſſa alterius arbitrio declarãda vł
in certum euentum.vt in l.quidam relegatus.ff.de rer.dub.& ibi
plenè per Bartol.de iſto articulo. Aliȷ dicunt quod non eſt ſpe-
ciale.Sed ideo eſt quòd declaratio habebit fieri per executorem
teſtamentarium:vt legitimum,puta epiſcopum.vt ȷ.eod.l. nulli.
Sed certè hoc procedit ſi expreſsè teſtator hoc eis permitteret,
puta pauperibus,quos declarabit talis.Sed quando nõ expreſsè
committit,vitiat.ideo gl. verius videtur dicere. & ratio ſpeciali-

a ¶ Qualiter probetur paupertas. Adde Ange. in l. vbi adhuc. in prima col. in gl. magna. C. de iure dot.
b ¶ Corã iudice ſeculari. adde c. q̃ſq̃s. xiiij. qõ. ij. & Spec. in tit. de teſte § ſequitur. verſi. quid de presbytero.

tatis eſt: quia tale relictum cenſetur factum
Deo, qui eſt certus. Io. An. dicit quòd pau-
peres faciunt collegium. & collegiũ eſt per
ſona certa. Sed Bal. dicit hoc nõ reperiri in
iure, nec eſſe verũ: quia tunc nõ poſſet fieri
diſtributio in quoſdam ſic, & in quoſdam
nõ, quia oẽs ſimul facerent collegiũ. quod
tamen eſt falſum: vt j. eod. l. nulli. & propter
hoc Bald. hic incidẽter tractat materiã exe-
cutorũ vltimæ voluntatis, formando mul-
tas quæſtiones, quas etiam firmat Iac. de Are. in quodã tractatu
quem fecit de hoc. & plenius vide in Spe. de inſtr. edi. §. nũc ve-
rò aliqua. Et in addi. Io. an. in qbus infinita deciduntur ſuper iſta
materia. & Bar. tãgit aliqua vtilia, ſed pauca in l. alio. de ali. & ci.
leg. & quidam valens canoniſta repetẽdo. c. ſi. de teſt. li. vj. adhuc
2 magis extẽdit materiam. † Et no. ꝙ appellatione pauperum etiã
eccleſiæ continentur. vt j. eod. l. omnes. §. hoc nihilominus. & ibi
vide Bal. per quod videtur decidi quæſtio quã format Ioã. And.
3 in nouella in d. c. ſi. An † pecunias relictas pauperibus poſsit cõ-
uertere in fabricam eccleſiæ, ſi indiget reparatiõe. videbatur qđ
non ſine licentia papæ, poſtquam poterat conuerti in vſum ex-
preſſum à teſtatore. vt in cle. quia contingit. de religio. do. licet ſe
cus ſi non poſſet. quia tunc ſufficeret authoritas ordinarij. vt in l.
legatum. cum l. ſeq. ff. de vſufr. leg. & quod ibi per Bar. ipſe tamẽ
4 determinat contrarium. pro quo facit. l. quam ſ. allegaui. † Vlti-
mò dic ꝙ pauper dicitur ille qui parum habet, ſed inops dicitur
qui nihil habet. vt not. Archi. viij. di. c. quo iure. Et quæ ſit differẽ
tia inter paupertatem & penuriam. vide per eũdem in c. periculo-
5 loſo. de ſtatu reg. li. vj. Et qualiter † probetur paupertas, a vide per
a Bar. in l. ſi conſtante. ff. ſol. mat. in primis queſtionibus. Et facit. l.
paupertas. ff. de excu. tu. Cætera vide in locis præallegatis.

1 *Clerici coram quo iudice conueniantur. & nu. 2.*
2 *Iudicis electio pertinet ad actorem.*

## LEX XXV.

1 CVm clericis. † Clerici Conſtantinopolitani
debent cõueniri coram Patriar
cha, vel pręfecto conſtantinopolitano, data electione
actori, & non coram alio quocunq;. hoc dicit vſq; ad
2 verſi. [memorati autem.] † Et allegatur iſtud principium quod
quãdo actor habet plures iudices, poteſt eligere coram quo age-
re velit ſecundũ Iac. Bu. de quo etiam in l. fi. in tex. & gl. j. vbi in
rem act. & ff. de iu. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. ſi ea res. & de eo quod
cer. lo. l. iij. niſi dentur in priuilegium reo: quia tunc ad reum per-
tinet electio. vt in auth. habita. C. ne fi. pro pa. Et adde quod not.
Inn. in c. cum ab eccleſiarum. de officio or. in glo. quæ incipit be-
nedicit. & c. quantò. poſt medium. hodie verò clerici etiam de iu
re ciuili non conueniuntur coram ſeculari iudice. vt §. e. authen.
ſtatuimus. & auh. cauſa quæ fit cum monacho.

1 *Clerici conuenti an ſatisdent?*
2 *Prima citatio poteſt incipere à procuratore citati, ſi procurator habet ad illam litem mandatum, ſed cautius eſt prius citare dominum.*
3 *Citatio, dicitur ſententia iudicis interlocutoria.*
*Interlocutoria quid ſit?*
*Nuntius non debet citare partem ſine commiſsione iudicis, etiam ad inſtantiam alterius partis, & an ualeat conſuetudo in contrarium, & an ualeat generalis cõmiſsio iudicis, & an poterit nuntius citare die feriata pro non feriata?*
4 *Principalis quando eſt idoneus præſumptione iuris uel de iure, uel eſt notoriũ quod eſt diues, non eſt cogendus dare fideiuſſores, etiam in cautionibus deputatis à iure cum fideiuſſoribus.*
5 *Approbatores fideiuſſorum qui tanquam idonei deputantur à communi, ſi conueniantur, non habent præſtare fideiuſſores.*
6 *Clerici prohibentur iurare coram iudice ſeculari ſine licentia epiſcopi, ſed extra iudicium poſſunt iurare.*

1 §. Memorati. † Clerici Conſtantinopolitani conuenti
ſatisdant de iudicio ſiſti, & iudicato ſol-
uendo in caſu in quo eſt ſatiſdandũ. & dãt in fideiuſſorem œco-
nomum Conſtantinopolitanum vſq; in quinquaginta libras au
ri. vltra verò non ſatiſdant, nec iurant, nec etiam ipſe œconomus
conuentus ſatiſdat. hoc dicit vſq; ad verſi. [ſtatuimus.] hæc tamẽ
2 corriguntur in gl. tñ ex tex. aliqua ſunt notãda. † Nota primò in
ver. [procuratores.] ꝙ prima citatio põt incipere à procuratore
citati, ſi eſt procurator habens ad illam litem mãdatum. Quidã
verò cautius volẽtes agere ſemper faciũt prima vice citari dñm
& ſi compareat procurator, poſteà faciunt citari procur. De hoc
articulo vide per Bar. in l. ſolẽt. ff. de ali. & cib. leg. Itẽ no. in ver.
3 [tuarũ ſententiarũ.] ꝙ glo. exponit. i. conuentionaliũ. † ꝙ citatio
dicitur ſententia iudicis. intellige. ſ. interlocutoria. vt no. in auth.
de litigioſis. §. ad excludendas. in gl. quæ dicit ꝙ quicquid fit in
lite à iudice vſq; ad ſententiã diffinitiuã, poteſt dici ſententia in-
terlocutoria. & no. hæc pro his quę habentur. in l. j. j. de ſportulis.
Itẽ no. in ver. [authoritate.] ꝙ nuntius non debet citare partẽ ſi-
ne cõmiſsione iudicis, etiam ad inſtantiã alterius partis. vt etiã
probatur. j. de exhi. reis. l. neminẽ. Sed in quibuſdam locis habẽt
nuntij de cõſuetudine citare ad ſolã requiſitionem partis, & hoc
in multis locis ſeruatur. quia etiã iudices faciũt cõmiſsiones ge-
nerales nuntijs curiæ. vt citent qñ fuerint requiſiti abſq; alia cõ-
miſsione ſpeciali, & poſtea referant notario ad hoc deputato. Et
tunc dicit hic Bal. notabiliter ꝙ nõ poterit citare die feriata, pro
non feriata. Sicut nec iudex poſſet die feriata citationem ſibi cõ
mittere, quia iſte nuntius ex conſuetudine exercet actũ iuriſdi-
tionalẽ. non ſic qñ citaret de cõmiſsione iudicis facta die non fe
4 riata. vt notatur per Cy. in l. dies feſtos. j. de ferijs. † Itẽ no. in ver.
[Ipſe vero reuerendiſsimus &c.] ar. quod qñ principalis eſt ido
neus pręſumptione iuris vel de iure, vel etiam eſt notoriũ quod
eſt diues, non eſt cogendus ſatiſdare fideiuſſoribus: etiã in cau-
tionibus deputatis à iure cum fideiuſſoribus. ad hoc facit quod
habetur in tit. j. de fideiuſſoribus. In gloſſ. ſuper ver. ſufficienter.
5 Item eſt ar. iſte tex. † ꝙ approbatores fideiuſſorum qui tanquam
idonei deputantur à cõi, ſi cõueniantur, nõ habebunt præſtare
fideiuſſores. ſicut nec hic œconomus: qui tanquã idoneus fideiu
6 bebat pro alijs. † Vltimò no. ꝙ clerici prohibentur iurare. hoc in-
b tellige corã iudice ſeculari b ſine licentia ſuorũ epiſcoporũ. ij. q. v.
c. ſacramentũ. & xxij. q. j. c. pe. in fi. & per Inn. in c. j. de iur. cal. &
ibi omnino vide. & ita ſeruatur de facto. quod etiã qñ vocantur
ad teſtimonium in curia ſeculari, nõ vadũt ſine licẽtia epiſcopi,
vel eius vicarij. Sed extra iudiciũ bene poſſunt iurare. vt not. in
d. c. j. quia nõ eſt peccatũ iurare cũ expedit. vt in c. & ſi Chriſtus.
de iureiu. Secus cum non expedit. & etiã nimis frequentatur.

§. Statuimus. Clerici non dant executoribus niſi duos
ſolidos pro citatione, & cum eis mitius
1 eſt agendum. hoc dicit vſq; in finem. † qui finis allegatur ad vnũ
tantũ. ꝙ quantum ad ea quæ pertinent ad ordinationem iudicij:
debet ſeruari cõſuetudo & ſtylus loci vbi iudicium agitur. facit
l. j. in fi. ff. de teſti. & l. ij. j. quemad. teſta. aper. & notatur. in l. cun-
ctos populos. de ſum. trini. per doctores.

1 *Quando Epiſcopus uel eius procurator agit in aliqua curia ſeculari pro negotijs eccleſiæ ſuæ, non habet ſoluere ſportulas quas alij ſoluunt.*
*Epiſcopus in cauſa eccleſiæ ſuæ q. ante litis conteſtationem poſsit conſtituere procuratorem, & quòd aliqui conſtituant actorem ante litem conteſt.*
*Verbum ſiliqua, quid importet, remiſ.*

## AVTHENTICA.

1 SEd hodie. † No. hic ſecundum Bal. dum dicit
ꝙ non permittuntur dare vltra qua-
tuor ſiliquas. ꝙ ſi ita taxatur certa ſumma notarijs pro
eorum ſcripturis per ſtatuta, nõ licet eis recipere plus
etiã à ſponte ſoluentibus. nã ſi iſti prohibẽtur accipere. ergo &
illi dare per iſtum tex. ad quod. j. de iudi. vt l. ij. in fine cũ ibi not.
2 & vide tex. cũ gl. in c. ſtatutũ. de reſcri. lib. vj. † Itẽ not. in verſicu.
[Epiſcopus.] ꝙ qñ epiſcopus vel eius procurator agit in aliqua
curia ſeculari pro negotijs eccleſiæ ſuæ, nõ habet neceſſe ſolue-
re ſportulas quas alij ſoluunt. puta tm̃ pro centenario. vt fit in ci
uitate Lucenſi, & in curijs mercantiæ Florentię. & in multis lo-
cis. Vltimò eſt hic vna gl. quę tenet ꝙ Epũs añ litis conteſt. in cã
eccleſiæ ſuæ nõ poſsit conſtituere procuratorem, ſicut nec tutor
vel curator: cum ipſe nõ ſit dñs, ſed procurator: licet ipſe habeat
legitimã adminiſtrationẽ. arg. in l. neq;. j. de procu. iuncto. c. j. de
dona. Doc. tenent contrariũ. quia non eſt nudus adminiſtrator,
cũ gaudeat fructibus. ideo quantũ ad hoc æquiparatˀ patri; qui
habet vſumfructũ bonorũ aduẽtitiorũ. ideò cõſtituit ꝓcurato-
rẽ, ſicut ſi eſſet verus dñs. vt in l. j. j. de bo. ma. & no. in d. l. neque.
Et per hoc. l. prece[de]nte ſi. ibi: dũ dicit pro inſtitutione ꝓcurato-
ris ſi per eũ volue[rit li]tigare &c. Alij verò cõſtituũt actorẽ ante
litis cõte. & de hoc ſunt caſus pluriũ decretaliũ in ti. de procu. in
c. petitio. cũ alijs ſimilibus. De iſto autẽ verbo, ſiliqua, de quo lo
quitur gl. j. vide text. in gl. j. de metallarijs. in l. j. lib. xj.

Approbatores

*☞ Approbatores fideiuſſorum tenentur, ſi reperiantur non ſoluendo.*
*Qui tenetur ſatiſdare cum fideiuſſoribus, ſi iurat ſe non reperire: releuatur ab eis dandis: & ſufficit quòd promittat cũ iuramento & quod obliget bona ſua, & promittat pœnam.*
*3 Ex pacto nudo in iudicio facto, ſeu coram iudice, oritur officium iudicis, & an habeat executionem paratam?*
*Coram arbitris non præſtantur ſatiſdationes de quibus in iſta authen.*

## AVTHENTICA.

GEneraliter. Iſta authẽ. non eſt hodie in vſu. q̃a actores non præſtant iſtam ſatiſdationem de qua hic. nec illam de qua ĩ auth. libellum. j. de litis conte. vt no. in gl. inſti. de ſatiſ. §. ſed hodie. dicunt tamen Rofre. & Alberi. ꝙ ſi peteretur à reo iſta ſatiſdatio, non deberet præſtari. quia iſta auth. non eſt abrogata per contrariam conſuetudinem, licet non ſit in vſu. quia ſatiſdationes iſtæ non
1 petuntur. † ſed Bar. dicit ſe vidiſſe peti, & nõ obtineri. in ſingulis tamen locis ſunt ſtatuta, ꝙ ſi actor ſit forenſis: vel alius nõ ſubditus iuriſditioni iudicis coram quo agitur. non audiatur niſi ſatiſdet de expen. reſtituendis, ſi ſuccũbat in cauſa. & ſic non eſt ita data iſta ſatiſdatio ſicut illa de qua hic. & tunc dico ꝙ licet nõ reperiret fideiuſſores, nõ deberet admitti cũ ſimplici iuratoria cautione: quia nõ eſſet ſatisfactũ reo. niſi in illo loco poſsideret immobilia. nam poſſet poſsidere abſq; eo ꝙ ſit de iuriſditiõe illa. vt
2 l. libertus. §. ſola. ff. ad muni. † Et notatur hic primò dũ dicit, [ periculo competentis officij. ] ꝙ approbatores fideiuſſorum tenentur ſi reperiantur non ſoluendo ſecundũ Baldum. ad hoc l. cum oſtendimus. in fi. ff. de fideiuſ. tuto. Item no. in ver. [ aut ſi fideſſo
2 rem. ] ꝙ ille qui tenetur ſatiſdare cũ fideiuſſoribus, ſi iurat ſe non reperire, releuatur ab eis dandis. & ſufficit ꝙ promittat cum iuramento. adde & quòd obliget bona ſua. vt j. eod. l. omnes. §. in hac autem inclita. & quod promittat pœnã. vt not. gl. in l. niſi. § quãuis. ff. ſi cui plus quàm per l. fal. & adde quod plenè not. in l. j. ff.
3 qui ſatiſd. cog. † Not. etiam hic vnã gl. circa prin. ſuper ver. [ conſcribat. ] ꝙ ex pacto nudo in iudicio facto ſeu coram iudice oritur officium iudicis. quod alibi nõ eſt ſecundùm Bal. in l. tale pactum. § j. ff. de pac. vbi tale pactum habet executionem paratam. quod nõ eſt in extraiudiciali. vt in l. ſi pacto quo pœnam. in fi. j. de pact. Cætera dic vt in gloſſ. & per Bal. qui multa verba hic dicit. Item etiam in fine. not. tex. cum gloſſ. quòd coram arbitris nõ præſtanť iſtę ſatiſdationes allegantibus. vide in Spe. de ſatiſd.

*3 ☞ Patientia & modeſtia debet eſſe tam in clericis quàm in regentibus rem publicam.*

## LEX. XXVI.

1 DEcernimus. † Not. in hac l. quòd reliquiæ ſanctorum & etiã ſignum crucis nõ debent ſtare in locis prophanis: ſed duntaxat in eccleſijs, & ſacris locis. Item quòd ad curam epiſcopi pertinet vbi collocentur. & alij inferiores clerici non poſſunt mutare
2 de loco in locum ſine licentia epiſcopi. † Vltimò no. text. moralẽ circa finem de patientia & modeſtia quæ debet eſſe tam in clericis quàm in regentibus rem publicam.

## LEX. XXVII.

QViſquis. Pro declaratione huius l. vide l. officiales. ſ. titu. primo.

*1 ☞ In relictis ad piam cauſam executor quantũcunque merus habet actionem ex teſtamento contra hæredem ſcriptum, ut ſibi ſoluatur pecunia relicta pro diſtribuendo pauperibus. ſecus in alijs non pijs: & quo nomine intentabit hanc actionem?*
*An poſsit conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam?*
*3 Qualiter prouidebitur alijs executoribus in relictis non pijs?*
*Hæres ſi præueniat executorem, & ſoluat legatarijs, an liberetur, & an legatarij poſſint agere contra executorem.*
*Executor debet ſpecialiter deſignari à teſtatore, & an poſsit teſtator electionem executoris alteri committere?*
*4 Executor cui commiſſa eſt executio perſonarum, non poteſt officium executoris alteri committere, ſi a teſtatore non eſt ſibi data licentia.*
*5 Executor teſtamentarius præfertur epiſcopo, & etiam alteri priuilegiato à papa quòd poſsit recipere relicta ad piam cauſam. & quid ſi negligat?*
*6 Executor qualiter debeat facere inuentarium, & reddere rationem ſuæ executionis, & quid in epiſcopo?*
*Epiſcopus uel curia ſua ut notarij, non debẽt aliquid accipere pro eorum labore de ſumma relicta pauperibus.*
*7 Vici & caſtra poſſunt dici pars ciuitatis: & an comitatenſes poſsint dici ciues?*

## LEX XXVIII.

NVlli licere. Iſta eſt optima l. in materia vltimarum volũtatum. Et habet multa optima dicta. Continet in prima parte id quod habuiſtis. ſ. in l. id
1 quod pauperibus. † Iſta l. allegať ad multa in materia executorum vltimæ voluntatis. primò quòd eſt dare executorem teſtamẽtarium, & etiam legitimum, vt epiſcopum. Adde & etiam datiuum, id eſt, datum à iudice. vt in l. ſolent. ff. de ali. & cib. leg. & hoc in relictis pijs, puta pauperibus, vel alimentorum: in alijs ſi teſtator non daret executorem, non eſſet dare legitimum, vel datiuum. Item allegatur ꝙ in relictis ad piam cauſam executor quantũcunq; merus nulũ cõmodum ſentiat. ſiue teſtamentarius, ſiue legitimus, habet act. ex teſtamento contra hæredem ſcriptum, vt ſibi ſoluatur pecunia relicta pro diſtribuendo pauperibus. vt ibi. dum dicit, [ habeat exigendi licentiam. ] & ibi, [ habeat facultatem exigendi &c. ] non ſic in alijs relictis nõ pijs, vt in l. Lucius. §. j. ff. ad Trebel. Et hic
2 concurrunt quàm plura dicenda. † Primò quo nomine intentabit hanc actionem ex teſtamento. dicit Bart. in l. ſi quis Titio. de leg. ij. ꝙ nomine pauperum quibus competit illa actio, ipſe verò executor habet dũtaxat exercitium. Sed Bald. ſ. e. l. id quod pauperibus. ſecundùm Iac. de Are. dicit ꝙ nomine ſuo. id eſt, ſuo officio, quia ſi nomine pauperum: haberet neceſſe cauere de rato. nec poſſet eis fieri ſolutio. ſed ſalua reuerentia. nam ipſi habẽt legitimum mandatum. vnde non expedit ꝙ caueant de rato. vt l. ne ſatiſdatio. ff. rem ra. ha. Et poſſunt recipere ſolutionẽ ſicut tutor & cu. Nec video qualiter nomine ſuo poſsint. Itẽ an poſsint conſtituere procura. ante lit. conteſt. videtur quòd nõ. ſicut nec tutor vel curator: ſed debeant conſtituere actorem. vt in l. neq;. j. de procura. Doc. tamen videntur tenere contrarium fauore piæ cauſæ, vt executio citius expediať. vt ibi. [ ſine vlla cunctatiõe. ]
3 † Item qualiter ꝓuidebitur alijs executoribus in relictis nõ pijs, poſtquam non poſſunt mouere actionem ex teſtamẽto, quomodo poſſunt implorari iud. offi. per l. quintus. ff. de an. leg. Item an hæres ſoluendo executori meo liberetur à legatarijs? & dic ꝙ ſic per l. liberto. §. largius. in fi. eo. tit. de annu. leg. Item an teneantur ſatiſdare hæredi ſoluenti de defendendo ipſum, vel de exequendo vel de reſtituendo pecuniam quæ nõ fuerit executioni mandata. vide plenè per Bart. in l. diuus. ff. ſi cui plus quam per l. fal. Item ſi hæres præueniat executorem, & ſoluat legatarijs, an liberetur vt nõ poſsit ab executore moleſtari? dic ꝙ ſic, ſi legata erãt facta certis perſonis. ita ꝙ non erat neceſſaria niſi executio facti. tex. eſt in l. ſi libertus ſub conditione. §. j. ff. de bo. lib. & in authẽ. de eccleſia. tit. §. ſi quis in nomine. & ibi per Iac. de bel. Sed ſi perſonis incertis declarandis per executorem. vt in caſu huius. l. ſecus. quia cum declaratio non pertineat ad hæredem, non videretur ſoluere illis q̃bus legatum eſt factum: niſi primò eſſet facta declaratio per executorem. Item an legatarij poſsint agere cõtra executorem. vide per Bart. in l. Firmio. § j. ff. quando dies leg. ce. Vlterius not. in §. j. in verſi. [ is qui ſpecialiter. ] ꝙ executor debet ſpecialiter deſignari à teſtatore. vnde dicunt quidam per hunc tex. ꝙ teſtator non poteſt electionem executoris alteri committere. de hoc in c. j. de procur. libr. vj. in nouella. & per Baldũ in l. quidam relegatus. ff. de reb. dub. & per Baldum ſuprà eodem. l. id quod. & videť finaliter dicendũ ꝙ aut teſtator conſtituit aliquã certũ executorem cum p̃tãte ſubſtituẽdi aliũ ad ſui bñplacitum, et hoc poteſt, licet fiat de incerta perſona, per id quod no. in l. cũ eſſet. in fi. ff. de ſer. ruſt. prædi. & in cle. religioſos. de teſt. Aut nõ cõſtituit aliquẽ certũ ſed incertũ per alium nõ cõſtitutum declarandum, & tũc aut cõmittit dũtaxat declarationẽ: puta facio executorẽ quẽ Titius nominabit. & valet per l. vtrũ. §. cũ quidã. ff. de reb. du. Aut cõmittit alteri ipſam cõſtitutionẽ. puta cõmitto Titio ꝙ poſsit cõſtituere executorẽ quẽ voluerit pro exequẽdis relictis à me factis. & tũc nõ valet. quia vltima voluntas non debet pendere ex alieno arbitrio. & videť quodãmodo captatoria. licet Doct. ſoleant dicere ꝙ in relictis ad piam cauſam valeat voluntas captatoria. per c. cum tibi. de teſta. Sed in alijs terminis
4 loquũtur. Itẽ allegatur tex. hic dum dicit, [ pro ſua cõſciẽtia. ] † ꝙ executor cui cõmiſſa eſt executio perſonarũ, nõ poſsit officium

a ¶ Satiſdare. Add hoc etiã procedere in ſequeſtratione. quia ſi ille cui res ſequeſtrata fuit vult reuocare ſequeſtrum, ſi nõ poteſt ſatiſdare, tratur eiꝰ iuratoriæ cautiõi. Ita Nic. de neap. in l. hiibꝰ. C. de agri. & cenſi. lib. xj. Frãc. de Are. in c. examinata. de iudic. & bal. in l. j. C. de hære. vel ac. vend. Franc. Cur.

a ¶Et vni⁹ vxoris vir. Adde capit. oportet epm̃.xxviij.q.iij.c.le gimus.xciij.di.c. niſi cũ pridẽ.§.pſonę vero.de renũ.c.qm̃ virginibus.xxxj.q.j.ori ginaliter. j. ad Thi. iij.capit.

b ¶Hoſpitalarij. Vide de hoc per do. Mari. Sozi.in ſuo cõſi.clxxxj.& in cõſi.ccxiij. & ibi quod teneret reddere rationem. S.

execu.alteri cõmittere,ſi à teſtatore nõ eſt
data ſibi licẽtia. quia cenſetur electa indu-
ſtria perſonæ.Nã arbitriũ nõ põt alteri cõ-
mitti.Sed poſtquã declaraſſet perſonas,bñ
poſſet cõmittere executi.facti. ar.in c. is q̃.
de offi.deleg.lib.vj.& de hoc in c.fi.de teſt.
eo.lib.& ĩ addi.Spec.de inſtr.edi.§.nũc ve-
rò aliqua.in addi.quæ incipit hoc dictũ.ibi
dũ dicit dedit ipſe Nicolaus &c. facit etiã
iſte tex.ꝙ nõ poſsit executori moueri q̃ſtio
ꝙ nõ fuerit bñ executus, poſtq̃ hoc relin-
quit̃ ſuæ cõſciẽtię.per ea q̃ no.in c. ſtatutũ.
§.aſſeſſorẽ.de reſcrip.lib.vj.in gl.& in addi.
Spe.e.§.in addi.quę incipit ad quęſtionẽ.dicit tñ Ang.in l.de pu
pillo.§.qui opus.de ope.no.nũ.per illũ tex.ꝙ debet iurare.ar.in l.
5 Theopõpus.de do.pręleg.† Itẽ no.ꝙ executor teſtamentarius ꝑ-
fertur epiſcopo. Adde ꝙ etiã pręfertur alteri priuilegiato à papa,
ꝙ poſsit recipere relicta ad piam cauſam:vt not.in addi.Spe.vbi
s.in addi.quæ incipit.l.cuiuſcunq̃.ibi omnino vide.Si tamen ne
gligit executor teſtamentarius per annum poſt monitionem fa-
ctam ab epiſcopo,deuoluitur executio ad epiſcopum. vt in au-
thẽ.licet. quę hic legitur.& in c.tua.de teſt.niſi teſtator ob negli-
gẽtiã primi cõſtitueret ſcd'm,quia tũc ad illũ deuoluitur ꝓ prius.
ar.in l.ſi fundũ ſub cõditione.§.ſtichũ Sẽpronio.& quod ibi no.
per Bar.ff.de leg.j.& ꝑ Bal.in l.j.poſt prin.j.de ca.tol.Sed quid ſi
aliq̃s inſtituit pauperes eligẽdos per Titiũ,& nõ per aliũ? Rñd.
deciſũ fuit Boñ.ꝙ Titio negligẽte epiſcopus nõ eligit.quod etiã
videtur de mẽte Io.And.in addi.Spe.s.allegato.verſi.ſed ſi pau-
peres.ibi.dũ dicit,ſed hodie addit̃, &c. & hoc etiã refert Ang.in
l.illa inſtitutio.ff.de hęr.inſt.& reſpõdet ad iſtã aut.& ſcias ꝙ ho
die Epiſcopi per ſuas conſtitutiones generaliter monẽt executo
res ꝙ exequant̃.j.annum.quę monitio poteſt dici ꝙ afficiat ſciẽ-
tes nõ aũt ignorãtes ſe eſſe datos executores: vt per Bart.in l.ge-
nero.ff.de his qui no.infa.& dicũt etiã doct.ꝙ Epiſcopus poteſt
executori teſtamẽtario prorogare tẽpus anni.† Vltimò no. ĩ ver.
[cum autẽ.]cũ ſequẽ.quod executor debet facere inuẽtarium,&
reddere rationẽ ſuæ executionis,oſtẽdendo vel declarando per-
ſonas quibus diſtribuit:& quãtitatem quam diſtribuit.& iſta red
ditio rationis fiebat olim iudici ſeculari tam per teſtamentarium
quàm per epiſcopum;vt hic,hodie teſtamentarius red dit ratio-
nem epiſcopo tanquam patri pauperũ, à quo cõpelli poteſt.Sed
ipſe epiſcopus ſoli Deo rationem reddit: vt j.eod.l.ſi quis ad de
clinandum.Item etiam ꝙ epiſcopus vel curia ſua vt notarij,non
debeant aliquid accipere de ſumma relicta pauperibus pro eo-
7 rum labore,vt patet ibi.[ita tamen &c.]† Allegatur etiam verſi.
[quod ſi in vico.]quòd vicus & caſtra pñt dici pars ciuitatis,&
ſic comitatiui poſſunt dici ciues.Eſt tñ differentia inter eos & ci
ues ciuitatis;vt no.Bar.in l.fi.ff.ad municip.Et vide quod no.Io.
And.in addi.Spe.in tit.de cẽſibus.in magna addi. Cętera dic,vt
in d.§.nũc verò aliqua.vbi Spe,tranſcripſit tractatũ antiqui doc.
vltramõtani,qui fuit vocatus Io.Blãcus:& ipſum nõ nominauit
qui formauit cxxx.quęſtiones in iſta materia.et poſtea Io.And.
in addi.poſuit plures alias.

a *Epiſcopus debet eſſe ſine crimine, & unius uxoris uir, & quæ alia requirantur?*

LEX XXIX.

1 SI quemquam. † Lex iſta tria facit.Primò po
nit qualiter ſe debeant habe-
re electores epi,quia nõ debẽt eligere per pecuniam,
aut ob gratiam,ſed pura mente & cõſcientia , puro,&
ſincero iudicio,& propter virtutem electi.Secundò qualiter de-
beat habere electionem,quia nõ debet procurare vt eligatur, ne
incurrat vitiũ ambitionis: & electus debet recuſare, & expecta-
re quòd cogat̃ acceptare. Tertiò punit cõtrafacientes.& no.hãc
l.pulchrius declaratam quàm aliqua quæ ſit in toto corpore. C.
& alia ſimilis eſt in l.quiſquis.j.de poſtul. & plenius habetur in
authẽ.ad hæc de ſanct.epiſc.Canoniſtæ aliter habent. quod dic,
2 vt c.quia propter.de elect.† Et ſecundum Apoſtolũ, Epiſcopus
a debet eſſe ſine crimine,& vnius vxoris vir, id eſt non bigamus.
& debet eſſe moderatus,& nõ percuſſor,& multa alia requirun-
tur,quæ proſequere:vt in decretalib.& caſſatur electio ſi probet̃
ipſum fuiſſe locutum electoribus, vt ipſum eligerent.de elect.c.
per inquiſitionem.& ibi not.per Inno.in princ.

1 *Hoſpitalarij ſe habent ad inſtar tutorum, & curatorum. & an in cauſis hoſpitaliũ poſſint conſtituere procuratorem ante litem conteſtatam: & an præſtent ſatiſdationes iudiciarias?*
3 *Hoſpitalarij debent conficere inuentarium, & recipere adminiſtrationem de manu ſuperioris, nec poſſunt agere niſi confecto inuentario.*
*Bona hoſpitalium non poſſunt uendi ſine cauſa neceſſitatis, & quæ ſolennitates tunc requirantur?*
4 *Hoſpitalarij an & cui teneantur reddere rationem adminiſtrationis?*
5 *Prælati eccleſiarum parochialium, an teneantur conficere inuentarium, & reddere rationem epiſcopo?*

LEX XXX.

1 ORphanotrophos. † Iſta eſt melior lex
quã habeamus in ma-
teria hoſpitaliũ & hoſpitalariorũ,ſunt loca pia , & pri-
mus auctor ipſorũ fuit quidam vocatus Loticus. vt j.
eo.l.oĩa priuilegia.& de hoſpitalibus habet̃ in c.de xenodochijs
extrà de religi.do.quæ ſubſunt epĩs eccleſiæ.& hoc qñ ſunt ele-
cta cũ authoritate epĩ quod præſumit̃ qñ habent eccleſiã & cã-
panilas & de illis loquitur iſte tex.aliàs nõ dicuntur loca pia. &
poſſunt deſtrui ad nutũ conſtruentiũ.vt in cle.quia cõtingit. &
ibi no.per gl.de relig.do.& illa clemẽtina ſupplet & declarat iſtã
2 l.† Not.ergo ꝙ hoſpitalarij b ſe habent ad inſtar tuto.& cur . & ex
b hoc videtur ꝙ non poſsint cõſtituere procuratorẽ in cauſis ho-
ſpitaliũ,niſi poſt litẽ conteſt.per l.neq̃.j.de procu.Contrariũ de-
terminat hic Bald.quia nõ ſunt nudi miniſtri , cũ debeant ali de
bonis hoſpitalis:& potius æquiparentur in hoc patri:qui eſt legi
timus adminiſtrator filij,non nudus : cũ habeat vſumfructũ. &
ideo conſtituit procuratorẽ etiam ante litis conteſt.vt in l. j. j. de
bo.mater. Itẽ quod hic dicitur videt̃ ꝙ hoſpitale ſe habeat ad in-
ſtar pupilli vel adulti,& ideo ſicut illi reſtituunt̃ in inte. qñ læ-
duntur,& etiã eccleſiæ , ita & hoſpitale.illa eſt regula generalis
in illis qui reguntur per legitimos adminiſtratores:vt ſunt furio
ſi,mentecapti,vel prodigi,vt no.in l.ij.j.de cur.fu.per gl. & tãgit
Bal.in l.ſi curatorem habens.j.de in integ.reſtit. & per alios in l.
Marcellus.ff.de fideiuſ.Item no.in prin.ibi.[ſine vlla fideiuſsio-
ne &c.]ꝙ tales non præſtant ſatiſdationes iudiciarias : puta de
rato,vel iudicato ſoluendo in cauſis hoſpitaliũ:ſicut nec tutores
& curatores.vt l.fi.§.defenſionẽ.j.de admi.tuto. imò nec etiã bo
na hoſpitaliũ ſalua fore,licet tutor & curator illã ſatiſdationem
præſtant.vt in ti.rem pub.ſal.fo.certè non eſt aliud in eis. quia
nec tutor datus ex inquiſitione illã præſtat: & hoſpitalarij ſem-
per dantur ex inquiſitione.& ita dicit gl.in d.clemen. quia con-
3 tingit.† Itẽ no.in ſecũda parte in ver.[Ita videlicet.] ꝙ hoſpitala
rij debent conficere inuẽtariũ,& recipere adminiſtrationem de
manu ſuperioris,ſicut tutor & curator.vt not. in l. legitimos. in
prin.ff.de legi.tuto.& dicit Bald.ꝙ nõ poſſunt agere niſi confe-
cto inuentario ſicut nec tutor & ꝙ vidit caſſari quendã proceſ-
ſum agitatũ per quendã hoſpitalariũ,qui non produxit inuenta-
riũ cũ peteretur ab eo. Itẽ no.in tertia parte in ver.[ vt ſi quas.]
ꝙ bona hoſpitaliũ non poſſunt vẽdi ſine cauſa neceſsitatis. Sed
per auth.hoc ius porrectũ.s.tit. j. requirunt̃ illæ ſolẽnitates quæ
requiruntur in alienatione bonorũ eccleſiaſticorũ:niſi qñ acqui
4 runt bona,& vendant,vt ibi dixi.† Vltimò no.in fi.ꝙ hoſpitala-
rij nõ tenent̃ reddere rõnẽ adminiſtratiõis.q̃a præſumunt̃ boni,
& bene adminiſtraſſe eoipſo ꝙ dedicant ſe ad tale piũ opus.hoc
intellige ꝙ non tenent̃ reddere rationẽ pauperibus exiſtentibus
in hoſpitali.Sed bene epiſcopo loci, vel alteri immediato ſupe-
riori.vt eſt caſus in d.cle.quia contingit.& ita dicit ibi gl. & etiã
patet hic in ſecunda parte legis vbi tenẽtur conficere inuẽtariũ.
aliàs ad quid conficerent?ſic pater non tenetur reddere rationẽ
filio.j.de bo.quæ libe.l.cũ oportet.§.cũ autem.& ita declarat glo.
fi.& iſtum tex.allegat Spec.in titu.de inſtru.edi.§.nũc verò ali-
qua.in verſi.ſed an ſimplex cõmiſſarius, ꝙ executor deputatus
ad piã cauſam,puta ad diſtribuendum bona inter pauperes , nõ
teneatur reddere rationem.Sed contrarium eſt verius.vt eſt ca-
ſus in l.nulli. s. eodem poſt medium. ibi poſt vnius verò anni.
5 † Quæro quid de prælatis eccleſiarũ parochialiũ, an teneantur,
conficere inuentarium,& reddere rationẽ epiſcopo,ſicut hoſpi-
talarij?dicit Bald.ꝙ non,& non reperitur iure cautum.Sed non
bene recordatur. nam bona ipſorum ſunt hypothecata pro ma-
la adminiſtratione.vt s.eod.l. ſi quis presbyter.in fi.& ibi nota-
tur etiam per eundem & in c.literis.de pigno.ergo tenentur red-
dere rationem , & per conſequens inuentarium conficere. de
hoc

hoc etiam expreſsè per gl.in c. qualiter & qñ. el ij.de accuſ.ĩ gl.
quæ incipit,ſed qualiter.& per Inn.in c.cũ & plãtare de priuile.

*1 ☞ Citatio ſeu commiſsio citationis quæ fit à iudice,appellatur ſententia.*
*3 Clerici dicuntur habere domicilium in loco ubi habent beneficiũ,& in illo loco(non alibi) debent conueniri.*
*4 Clericus etiam alienæ diœceſis (quò ad originem) habens beneficium in alia diœceſi, dicitur ſubditus illius,in cuius diœceſi habet beneficium,& ligatur ſtatutis illius,non autem illius unde eſt oriundus,& cõuenitur etiã in curia Romana,ſi ibi reperitur.*
*5 Defenſio affluenter & copioſe danda eſt unicuique.*
*2 Valet ſtatutum quod bannitus non audiatur etiam in defendendo?*

LEX XXXI.

1 OMnes qui. †In iſta l.primò declarat corã quo
iudice clerici prouinciales, vel Cõ-
ſtantinopolitani debeãt cõueniri.vſq; ad [§.preterea.]
poſtea de fideiuſſoribus dandis ab eis.vſq; ibi.[hoc ni
hilominus.]Poſtea de ſportulis dãdis executoribus: nã faciebãt
ſibi ſolui à citato ſportulas pro eorũ labore,quę erãt taxatæ,& re
cipiebãt fideiuſſores ab illis citatis de pręſentãdo ſe corã iudice.
vt ff.in ius voc.vt eãt,aut ſatiſ.per totũ.& hoc vſq; ad [§.præter-
ea.]Poſtea inhibet executoribus ne clericis quos citãt iniuriã fa
ciant verbalẽ vel perſonalẽ:& punit cõtrafacientes,& firmat pri
uilegia conceſſa clericis vel eccleſijs.& vltimò punit illos qui te
merariè vocãt clericos in ius in expẽſis,& etiã in oĩbus damnis
quæ ſuſtinent.Nota in hac prima parte in verbo,[ſententia iudi
2 cis.]†q; citatio appellatur ſñia iudicis. intellige de commiſsione
citationis, quæ fit à iudice , non de executione , quam facit
nuntius.de hoc eſt s.eodẽ. l.cum clericis.& not. in l.quoties. de
priuile.eorũ qui in ſa.pa.mili.li.x.& in l.quoties. de dign.l.xij.Itẽ
3 no.†q; clerici dicunť habere domiciliũ in loco vbi habẽt bñficiũ,
& in illo loco(nõ alibi)debẽt cõueniri,etiam ſi alibi ſortianť fo-
rũ rõne originis propriè vel paternę,vel ratiõe cõtractus , & ibi
reperiantur.licet ſecus in laicis,iuxta notata in l. hæres abſens.ff.
de iu.& in l.aſſumptio.§.ſi filius.ff.ad munici.Et hoc per rõnem
quę redditť hic in tex.vt tranſacta bona iudiciaria redeant ad eo-
rũ bñficia officianda:prout tenẽtur.& iſta eſt ſpãlitas in clericis.
licet gl.hic,quę incipit[ſed nõne.]videať dicere q; nõ ſit hic ali-
qua ſpãlitãte,quia nec laici poſſunt trahi coram alijs iudicibus: vt
l.in criminali.j.de iuri.om.iu.Sed verũ eſt nõ ſuis,ſed clerici etiã
4 corã alijs iuis trahi r.õ pñt extr.locũ bñficij.†Et no.q; clericus ẽt
alienæ diœceſis(quò ad originem)habens bñficiũ in alia diœce-
ſi diciť ſubditus illius in cuius diœceſi habet beneficiũ: & ligať
ſtatutis illius,nõ aũt illius vñ eſt oriundus.vt not.Fede.de ſenis,
in conſi.xciij.& facit.c.nullus.de tẽp.ord.lib.vj.in curia verò ro-
mana ſi reperianť,bene poſſunt cõueniri:tanquã in cõi patria.&
hoc probatur in iſto[§.in hac autem regia.]vbi ciuitas Cõſtanti
nopolitana in qua erat Patriarcha,qui habeť ꝑ Papa, & ſic eius
curia ſe habet ad ſimilitudinem curiæ romanę in græcia ſi repe-
riebanť clerici prouinciales,poterant cõueniri vel corã pręfecto
pręcorio,vel corã patriarcha:& hoc etiã in cauſis profanis, & ſo
lent conueniri corã auditore cameræ:qui eſt ordinarius in curia.
ſed in cauſis beneficialibus non eſt dubium, in quibus cõueniũ-
5 tur ex delegatis quam fecit vicecãcellarius loco papæ.† Vltimò
not.in fi.ibi.dum dicit,[affluens in defenſionibus copia &c.]ſe-
cũdũ Albericũ q; defenſio affluẽter & copioſè dãda eſt vnicui-
que.facit.l.facultas.j.de iure fiſc.l.x.& ideo dicunt quidam non
a valere ſtatutum^a.q; bannitus nõ audiatur etiam in defendendo:
cũ defenſio ſit de iure naturali.& nõ debeat auferri:vt in cle.pa
ſtoralis.de re iud.De hoc tangiť per Bar.in l.cũ mulier.ff.ſo.mat.
quidã autem diſputando tenuit cõtrariũ, dicens q; defenſio cor-
poralis contra illũ qui vellet percutere bene eſt de iure naturali:
vt in l.vt vim.de iuſti.& iur.non ſic in iudiciali. Sed contrarium
cõmuniter tenetur,cùm ſit eadem ratio.

*1 ☞ Executores curiarum ſolent eſſe pertinaces & proterui.*
*Clerici ſchiſmatici uel hæretici non habent priuilegia clericorum.*
*Dare fideiuſſores eſt onus,nec facile eſt eos inuenire.*
*3 Quando plures ſimul uocantur,poteſt alter pro altero fideiubere.*
*4 Illi qui ex priuilegio uel aliqua cauſa excuſantur à dandis fideiuſſoribus: & remittuntur propriæ promiſsioni uel obligationi,debent eam facere ſolenniter:et cum hypotheca bonorum ſuorum:et etiam cum pœna.*

1 §.Præterea. †In iſta parte vult in effectu q; clerici pro-
uinciales cùm citantur coram præſide,non
tenentur dare nũtio ſi citanti alios fideiuſſores de repreſentando
ſe niſi œconomum eccleſiæ ſuæ ſi habet,vel defenſorẽ eccleſiæ:
puta patronũ,ſed ſi nõ haberet,teneretť da-
re aliũ:& not.ad id quod dixi s.q; executo-
res qui citabant faciebãt ſibi dare tales fide
iuſſores:vt patet ibi,dum dicit, [nedũ exe-
2 cutoris &c.]Item not.† q; tales executores
curiarum ſolẽt eſſe pertinaces & proterui.
Item not.in verſi.[approbẽtur orthodoxi.]
q; clerici ſchiſmatici vel hæretici nõ habent priuilegium clerico
rum ſecundũ Bal.Item ibi,[paupertati infligatur in cõmodũ.]q;
non eſt facile inuenire fideiuſſores ſic.ff.ſi cui pluſquã per l. fal.
l.cum non facile.& l.niſi.§.quamuis. ideo appellant grauamen
habere dare fideiuſſores:vt in præcedenti parte. Item not.in ſeq.
3 §.in hac.ibi,dum dicit.aut[vicarijs fideiuſsiõibus.]†q; qñ plures
ſimul vocãtur,põt alter pro altero fideiubere:ideo ſi de nocte re
periunť duo cum armis qui tenentur dare fideiuſſores.põt alter
pro altero fideiubere:& ad hoc allegatur.l.pe.ff.de tu.& cura.da.
4 ab his,& in auť.de exhi.reis.§.ſancimus.Vlti.not.in fi.q;†illi qui
ex priuilegio vel ex aliqua cã excuſantur à dãdis fideiuſſoribus
& remittuntur proprię promiſsioni vel obligationi,debẽt eã fa-
cere ſolẽniter,& cum hypotheca bonorũ ſuorũ.facit.l.filio. ff. vt
lega.not.ca.& etiam cum pœna.vt not.gloſſ.in d.§.quamuis.

a ℭ Statutũ. Adde de hoc & dic vt latiſsimè per d.Nel. de ſancto ge.in tract. bãnito.in ſecũda parte ſecundi temporis.q. ij. qui tenet ſtatutum valere.Cur.

*2 ☞ Oeconomus eccleſiæ dicitur defenſor pauperum.*
*Pauperum appellatione continetur etiam eccleſia.*
*3 Si poteſtas Paduanus uult citare unum Paduanũ exiſtẽtem Veronæ: licet Paduæ habeat domicilium:an poterit directò mittere nuntiũ ad eum cum literis:an habeat requirere poteſtatem Veronæ quòd illi mãdet,ut coram eo compareat.*
*4 Quid in executione perſonali?*

1 §.Hocnihilominus. †No.hic plura.Primò q; in
cauſis eccleſiarũ debet cõ-
ueniri œconomus ſi ipſum habet,vel rector eccleſię ſi alium nõ
habet.Item q; œconomus conſtituitur cum authoritate epiſcopi:
& ſic authoritas ſuperioris videť neceſſaria in conſtitutiõe acto
ris de hoc in l.actor.ff.rem ra.hab.& ita tangitur per Gul.de Cu.
2 †No.etiam ſecundũ Bal. q; œconomus eccleſiæ dicitur defen-
ſor pauperum:& ſic appellatione pauperum cõtineť eccleſia per
quod diſputando tenuit quidam valẽs vir vocatus dominus Re
cuperus de ſancto geminiano,q; ea quæ teſtator mandauit diſtri
bui inter pauperes,poſſunt cõuerti in fabricam vel recuperatio-
nem pauperis eccleſiæ,ſi non habet aliunde.de hoc per Ioã.An.
in c.fi.de teſt.lib.vj.& not.per Bal.j.eo.l.ſi quis ad declinandam.
3 †Vltimò ver.[verum ſi apparitor.]ſemper allegatur pro deciſio
ne huius quæſtionis quam diſputauit Cy.in ciuitate Senarum, ſi
poteſtas huius ciuitatis vult citare vnum Paduanum exiſtẽtem
Veronæ , licet hic habeat domiciliũ.An poterit directò mittere
nuntium ad eũ cum literis.An autem debeat requirere poteſtatẽ
Veronæ, q; illi mãdet vt corã eo cõpareat:videbatur quòd iſta
pars eſſet verior:quia nuntius nõ poteſt executionem facere in
alieno territorio,vt not.in l.cum vnus.§.is qui.ff.de bo. autho.iu
di.poſsiden.per l.extra territorium.de iur.om.iud.contrarium ta
men determinat per iſtũ tex.ibi,dũ dicit,[in prouincia degentes
eos cõueniri monueri ,&c.]et ſic apparitor præfecti prætorio,q
nõ habebat iuriſditionem niſi in ciuitate Cõſtantinopolitana,&
eius territorio,ſi dicitur de præfect.vrb.vt l.j.§.cum vrbem.ff.de
officio præfect.vr.Monet clericos degentes in prouincia ex par
te dicti ꝑfecti pręrorio,nõ aũt ꝑſes prouinciæ ad requiſitionẽ di
cti pręfecti:& ita dixerũt antiqui ꝑ iſtum tex.& per l. quod pro-
mulgatis.j.de offi.præfect.vrb.& etiam videtur text. expreſsior
4 in c.Romana.§.cõtrahẽtes.de fo.cõp.lib.vj.†Et prædicta in exe
cutione verbali,ſed executionem perſonalem capiẽdo perſonã
non poſſet facere in alieno territorio:vt not.in d.c.is qui. & j.de
iudi.l.properandum.§.ſinautem reus. in contrarium. quòd nec
etiam verbalem facere poſsit : ſed debeat fieri per iudicem illius
loci ad requiſitionem primi iudicis:videtur caſus in cle. paſtora
lis.de re iud.Sed ſolue,vt plenè nota.Barto.de iſto paſſu in l.j.ff.
de requi.reis.Item facit contra c.ij.de conſtit.lib.vj.Sol.ibi loqui
tur in ſententia ſtatuti,quæ non extenditur vltra territorium : vt
ſi dicat quòd committens furtum ſit excommunicatus.Nam nõ
ligat ſubditum extra territorium committentem: vt ibi,quia tra-
heret ſecum executionem in alieno territorio, quod facere non
poteſt.nõn ſic in ſententia iudicis,quæ poteſt ligare ſubditum in
alieno territorio exiſtentem:vnde poteſt iudex cõdemnare ſub-
ditum ſuum etiam alibi exiſtentem:vt ibi notatur.& ſic in plus

a ¶Monaſteriũ nõ habet. Adde doct.in c.j. in pręſentia.de prob.

b ¶Niſi canones cõtradicant. Adde c. clerici.de iudi.c.vlti.de ſecund.nup.ca.j.de nope.nun.gl.ſummæ.xl.

c ¶Tale ſtatutum non valet. adde docto. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti.

d ¶Epiſcopi habẽt carceres. Quid de inferiorib⁹ ab epiſcopis vide glo.in verbo tibi.in c.quãuis.de pœnis libro. vj.

ſe habet ſentẽtia hominis, quàm lex in hoc.

*2 § Monaſterium nõ habet bona ingreſſi tãquam hæres: & quid ſequatur ex hoc, & qualiter ea habeat?*

*Cauſa qualiter poſſit agitari cum monacho, non ſic cum deportato. & nu. 3.*

*3 Monachus per ingreſſum religionis non patitur capitis diminutionem.*

*Sententia lata contra monachum quod nõ noceat monaſterio, & quid in contractu celebrato cum monacho poſt ingreſſum.*

*4 In cauſis ciuilibus eſt in arbitrio iudicis comittere citationem perſonalem.*

*5 Epiſcopus in ſuo foro debet ſeruare leges imperiales: & ſecundũ illas ferre ſentẽtias: niſi canones contradicãt, & quod debeat ſeruare ſtatuta laicorum ſi facta ſunt ſuper his quæ pertinent ad laicos & ad deciſionem cauſæ. uide tamen nu. 7.*

*6 Epiſcopi habent carceres, & ſic merum imperium.*

*Quando una pœna imponitur uni & pluribus ſimul copulatiuè, puta capitaneo & antianis, dimidia tangit capitaneum, altera dimidia omnes antianos.*

*Quid in uocibus?*

## AVTHENTICA.

1 Cauſa quæ. †Iſta authenti.corrigit.l.codicis. in
monachis.in quantùm illa vult in
princ.ꝙ poſsint cõueniri coram pręſidibus prouincia
rum. Iſta vult quòd non niſi coram epiſcopo.auth.ſeq.
clericus.corrigit etiam in clericis ſecularibus,& in ciuilibus tan-
tũ cauſis.in criminalibus autem diſtinguit inter criminalia ciui-
lia & eccleſiaſtica.authen.ſtatuimus.corrigit generaliter in omni
bus perſonis eccleſiaſticis quæ poſsint eſſe, licet non ſint mona-
chi vel clerici tamẽ Deo deuoti.vt in Ieſuatis & eremitis. & etiã
corrigit auth.clericus.vt indiſtinctè in criminalibus.ſiue ſint ec-
cleſiaſtica, ſiue ciuilia non trahantur niſi coram eccleſiaſtico iu-
dice.& illa eſt nouiſsima auth.Imperatoris Fed.ſicut authen. Itẽ
2 nulla communitas.ſ.eo.& in auth.caſſa.ſ.tit.j.†per iſtum text.in
prin.iuncta gl.j.quę intelligit quãdo monachus conuenitur pro
contractu celebrato ante ingreſſum monaſterij.determinat Bar.
a in auth.ſi qua mulier.ſ.tit.j.ꝙ monaſterium non habet [a] bona in-
greſsi tanquam hæres.quod patet: quia cauſa poteſt agitari cum
monacho:& ſic nõ habetur pro mortuo, ergo nec monaſterium
pro hęrede:quia viuẽs nõ habet hęredem.vt in l.j.ff.pro hęrede.
& ex hoc ſequitur ꝙ nõ habet neceſſe adire hęreditatem, ad hoc
vt bona ſibi acquirãtur, licet in hærede hoc requiraſ. Sed ipſo iu
re per ingreſſum acquiruntur monaſterio tam proprietas quàm
etiam poſſeſsio, ſicut acquiruntur arrogatori:vt in l.ſi adoptaue-
in totum tollere,ſi aliud fieri non poteſt:ſicut poteſt diminui in
cauſam don.propter nuptias vt in auť.res quæ.j.commu.de leg.
Sicut etiam poſſet in cauſam alimentorũ ſi deueniret ad tale ſta-
tutum,maximè ſine culpa:quia non eſt veriſimile quod pater ſi
talem cauſam cogitaſſet,voluiſſet filium mori in carceribus , vt
bona peruenirẽt ad illos.nam ſicut ſi ipſe viueret teneret ipſum
redimere,ita & bona eius tranſeunt cũ hoc onere.arg.in l.ſi quis
à liberis.§.Item rei cõptum.ff.de libe.agno.& quod not.Cy.in l.
alimenta.in fi.j.de neg.geſt.

*2 ☞ Clericalis ordo non liberat à patria poteſtate,*
*3 Tria priuilegia quæ habent clerici in bonis per eos acquiſitis.*
*4 Teſtamenta clericorum licet non expugnentur per querelam,ſi tamen deficit alia ſolen-
nitas,poſſunt dici nulla.*
*5 Statutum ſi dicat φ teſtamenta inſinuata , uel redacta in memorialibus communis non
poſſint expugnari,an debeat intelligi de expugnatione quæ fieret contra teſtamen-
ta de ſe ualida.*
*6 Statutum an poſſit tollere legitimam filiorum.*

LEX XXXVIII.

1 CVm lege.†Teſtamẽta cle-
ricorũ facta ſem-
per quaſi caſtrẽſi peculio nõ ſub-
iaceãt querelæ.h.d.& ſic loquitur
de clericis exiſtentibus in patria ptãte.nam
ſi eſſent ſui iuris,nõ diceretur habere pecu-
2 liũ.vt l.fi.j.de inof.teſt.†Ex quo patet φ or-
do clericalis etiã ſi ſit ſacer,nõ liberat à pa-
a tria ptãte,niſi ſit ordo vel dignitas epalis:[a]
vt in auť.ſed epalis.s.eo.& no.in c.indeco-
3 rum.de æta.& qua.†Et ſic no.tria priuile-
gia quę habẽt clerici,ſ.quod habẽt quaſi ca-
ſtrẽſe peculiũ tam de acqſitis ex beneficijs
eorũ,quã de laboribus ſuis.item qđ de ipſo
pñt teſtari:ſed hoc hodie reſtringitur ad ea
quæ acquirũt ex eorũ laboribus,vel aliũde:
nõ ex beneficijs vel cõtẽplationibus eccle-
ſiarũ.in illis enĩ teſtari nõ pñt.xij.q.iij.c.j.&
per totũ.de quo tamẽ in c.præſenti.de offi.
ordin.lib.vj.Tertiò φ eorũ teſtamenta non
ſubiacẽt querelæ inofficioſi teſtamẽti. Sed hoc videtur regulare
etiã in nõ clericis teſtãtibus de peculio caſtrẽſi vel quaſi, vt d.l.
fi.Et intellige qñ exhæredãt filios indebitè,nam ſi debitè,nõ eſ-
ſet dubiũ:ideo dico ſi prætereant eorũ filios: quia præteritio ha-
beť pro exhæredatione : tum quia ſunt in eorũ ptãte ex quo ipſi
patres ſunt:tũ qa clerici dicũtur milites cœleſtis militiæ,& præ-
teritio militis habetur ꝑ exhæredatione:vt in l.ſicut certi.j.de te-
ſta.mili.Bene aũt ſubiacent dicta teſtamẽta cõditioni ex authẽt.
preſbyteri.s.eo.in fi.quidã habẽt hic per quã poſſunt filij petere
legitimã,& ſic patet φ qui petit legitimã,nõ diciť expugnare te-
4 ſtamentũ ſecundũ Bal. †Item no.quod licet talia teſtamenta
nõ expugneť per querelã,ſi tamẽ deficit talis ſolẽnitas,poſſunt
5 dici nulla:vt colligitur circa fi.ibi. [ſecundũ leges.] †ꝓpter qđ
dicit Bal.ſi ſtatutũ diceret φ teſtamenta inſinuata vel redacta in
memorialibus cõis,nõ pñt expugnari, debet intelligi de expu-
gnatione quæ fieret cõtra teſtamẽta de ſe valida,mero iure. Sed
ſi eſſet nulla,nõ tolleretur ꝑ hoc ius dicẽdi nullũ:qa nõ eſt ꝓpriè
expugnatio:ſed petitur declarari nullũ. Super hoc tamẽ dubito
nec fateor ſimpliciter verè dictũ ſuũ.nam iſta l.ſeipſam reſtrin-
git ad expugnationẽ quæ fieret per querelã:ſed illud ſtatutũ ge-
6 neraliter loquitur.†Quærit etiã Bal.hic:an ſtatutũ poſsit tollere
b legitimã[b] filiorũ:iſta eſt quæſtio antiqua de qua per Dy.in c.de
reg.iur.indultũ.li.vj.qui dicit φ põt minui,nõ tolli:& per Cy.in
l.ſancimus.j.de nup.Bal.dicit φ ex iuſta cã põt tollere: vt cũ di-
cit φ exiſtẽte maſculo filia fœmina nõ ſuccedat.nã tũc nõ debeť
filiæ legitima:& eius præteritio nõ redderet teſtm̃ nullũ: vt ple-
nè no.Bar.in l.Titio cẽtũ.§.Titio genero.ff.de cõdi.& demõ. nã
tale ſtatutũ eſt rõnabile:vt bona remaneãt in agnatiõe maſculo-
rum.Secus ſi nõ eſſet rõnabile, vt ſi diceret φ ſolus primogeni-
tus ſuccedat alijs excluſis.nam hoc eſt cõtra rationẽ, cum inter
filios debeat eſſe æqualitas:vt l.fi.j.commu.vtriuſq; iudi.

a ☾Vel epalis dignitas.Adde Bal.in l.fi.in §.neceſsitatem .in j.col.C.de bon. quæ lib.Bald.in l.ſi maritus.C.de pat.po.barto.in l.patre.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.Inn.in c.indecorũ.de æta.& qua.idẽ Inn.in c.cõſtitutꝰ. de in integ.reſti.

b ☾An ſtatutũ poſsit tollere legitimã.Adde Bar.in l.Titio cẽtũ.ff.de cond.& demõ.Bald.in l.fi.C.de bo.q lib.Io.And.in addi.Spe.in tit.de ſuc.ab inte.& an poſſit minui ꝑ ſtatutum vide ꝑ bal.cõſ.ccxcvij.inci.circa ꝑdicta.in ij.vol.Et vide quę notaui in auť.nũc autem.ſ.eo.Cur.

*2 ☞ Confeſsio quando habeat uim pacti,& quando uim renunciationis?*
*3 Renunciatio fori quòd debeat fieri ſpecialiter,nec ſufficit generaliter renunciatio ex-
ceptionum.*

LEX XXXIX.

1 SI quis in conſcribendo.†clerici pñt
renunciare
priuilegio fori.h.d.De hoc dic plenè:vt in l.ſi qs in cõ-
ſcribẽdo.j.de pac.In tex.ibi[in cõſcribẽdo &c.]dic &
ſic tempore quo contrahunt.Sed quid ſi poſt cõtractum ex in-
2 teruallo hoc faciunt?dic idem:cum ſit eadem ratio. †In text.ibi:
[confeſſus fuerit.] no.tex.iuncto eo quod infra ſubijcitur.[ad-
uerſus ſua pacta &c.] φ confeſsio habet vim pacti, quod eſt ve-
rum quando ſit parte præſenti,vt in l.tale pactum.in princ.ff.de
pac.& habet vim renunciationis,quando cõfertur in futurum.
nam paria ſunt dicere renuncio priuilegio fori: & dicere confi-
teor me non vſurum priuilegio fori. In textu ibi , [propter
ſacerdotij prærogatiuam.] ſupple vel alium ordinem cle-
ricalem. Sed quod priuilegium habebant clerici tempo-
re huius legis cum poſſent conueniri coram iudice ſeculari?

a ¶ Iudicis ſecularis. non poſſent. Adde q̃ hoc priuilegium fori habuerunt clerici à Deo & non à papa. vt eſt gl. in c. ſi imperator. xcvj. diſ. glo. in c. quanquã. de cenſi. lib. vj. Inn. & ab. in c. ij. de maio. & obed.
b ¶ Cũ hodie ſit ordo ſacer. Adde c. à ſubdiacono. xciij. diſt. c. illud. lxxvij. diſt. c. j. de cle. coniu. & gloſ. in verbo, pſalmiſta. & ibi. Car. Ale. in c. cleros. xxj. diſt.
c ¶ Monachus conſiſtit. Adde tex. in c. cũ ad monaſterium. de ſta. monach.

vt ſ. eo. l. cũ clericis & l. oẽs. Rñdet. q forte
aliqui habebant priuilegia ſpecialia, non in
cluſa in corpore iuris, q̃ nõ poſſent cõueni
ri niſi corã epiſcopo, & illi poterãt renun-
tiare. hodie verò ſi vellẽt ſe ſubijcere iuriſ-
a ditioni iudicis ſecularis, nõ poſſent.[a] etiam
de conſenſu epi. vt in c. ſi diligenti. de foro
compe. Sed ſi iuriſditioni alterius epi, poſ-
ſent. cũ licẽtia tñ epiſcopi. vt in c. ſignifica-
ſti. e. ti. ſed ſi habẽt priuilegium exẽptionis
à ꝓprio epo, an ei poſſent renũtiare ſine li-
centia papæ cui ſubſunt immediatè vel al-
terius cui per priuilegiũ fuerunt ſuppoſiti.
Dic quod qa redeunt ad ꝓpriũ iudicẽ: qa
facilius ſit. vt in l. ſi vnus. §. qđ & in ſpecie
dotis. ff. de pac. Quod dic ꝑ Io. an. in merc.
in regula ſciẽti. de re. iu. li. vj. In tex. ibi [om
nes licẽtiam habere.] dic ſuper iſta regula
multæ cadũt dubitationes. de quibus in Spe. de renũ. & conclu-
ſione. vbi ꝓſequit̃ multos caſus diuerſos & etiã Cy. aliqua tan-
git hic. An poſsint renuntiare exce. macedoniani, vel velleiani?
& Alb. plenius. licet inordinatè: ſed tu recurre ad nota. per Bar.
j. de pac. l. ſi quis in cõſcribẽdo. in magna diſtinctione quã facit:
qua retenta poteris rñdere ad ſingulos caſus: ſed proſequendo,
3 vt facit Albe. nõ capies perfectam doctrinã. † Debes autẽ ſcire
q̃ renuntiatio fori debet fieri ſpecialiter. nec ſufficeret generali-
ter renuntiatio exceptionum. vt l. j. in fi. ff. ſi quis in ius voc. non
ie. & l. ſi fideiuſſor. qui ſatiſda. cogan.

2 *Clerici non poſſunt inuiti compelli ad ſubeundum tutelam uel curam, & an uolentes admittantur?*
3 *Poteſt quis eſſe monachus, abſque eo quod habeat aliquem ordinem clericalem.*
4 *Citatus ſi non eſt de iuriſdictione citantis, an teneatur comparere ad hoc allegãdum? & ſi non comparet, an poſsit mulctari?*
5 *An ceſſante cauſa ceſſet effectus: remiſsiuè.*
*Cauſa an præſumatur finalis, uel impulſiua?*

## L E X XL.

1 GEneraliter. † Clerici in ſacris ordinibus cõſti
tuti & etiã monachi licet nõ ſint
clerici, ſunt immunes ab onere tutelæ vel curæ, ꝗ ut in
uiti nõ cogant̃ ſuſcipere, dũmodo clericaliter viuãt, et
eccleſiæ deſeruiãt: ꝓpter qđ dat̃ eis hoc priuilegiũ: ideo ceſſante
cã ceſſat effectus. & ad hoc ſemper allegat̃ iſta l. In tex. ibi [dia-
b conos.] Idẽ in ſubdiaconis: cũ hodie ſit ordo ſacer.[b] Sed contra:
quia primò idẽ in qbuslibet clericis etiã nõ cõſtitutis in ſacris,
vt ſ. eo. ti. l. pſbyteros. in prima charta ti. ſo. põt dici q̃ illa nõ loq
tur de onere tutelæ: ſed de alijs oneribus publicis. Alij dicũt iſtã
ſuppleri ꝑ illã. Alij q̃ illa corrigit̃ ꝑ iſtã. tene p̃cedentẽ, tanquam
2 gis æquã † & diſtingue. Aut quærit̃ an clerici poſsint inuiti cõ-
pelli ad ſubeũdũ tutelã vel curã, & diſtinctè dic q̃ nõ, ſiue ſint
cõſtituti in ſacris, vt hic, ſiue nõ. vt ibi. Aut quærit̃ an volentes
admittant̃: & tũc diſtingue vt in aut. p̃ſbyteros q̃ hic ſequit̃. Nã
aut ſunt epi vel monachi. & indiſtinctè nõ admittunt̃ etiã volẽ
tes. vt in fi. d. aut. Aut ſunt inferiores ab epo, & non monachi: &
tũc aut nõ ſunt in ſacris: & tũc ad legitimã tutelã vel curã admit
tunt̃ volẽtes fauore ſanguinis vel cõſanguinitatis. vt in prin. d.
aut. ſed ad datiuã tutelã vel curã extraneorũ nõ admittuntur vt
3 ibi colligit̃ à cõtrario ſenſu. † In tex. ibi [licet nõ ſint clerici.] No.
q̃ põt qs eſſe monachus abſq; eo q̃ habeat aliquẽ ordinẽ clerica
c lẽ. nã monachus cõſiſtit[c] in ꝓfeſsione paupertatis, caſtitatis, &
obedientiæ, quã põt facere etiã non habens ordinẽ clericalem.
Sed clericatus conſiſtit in collatione characteris quã facit Eps:
4 nõ autẽ ipſe clericus. † In tex. ibi, [ipſo iure.] Iſtũ text. valde not.
Pe. & Cy. qui dicũt per hoc limitari & declarari id quod no. per
gl. in l. ij. ſi quis in ius voc. nõ ie. cũ ſimi. dũ diſtinguit qñ citatus
non erat de iuriſditione citantis, an teneat̃ comparere ad hoc al-
legandũ, & ſi non comparet, an poſsit mulctari. Nam glo. ibi di
ſtinguit. aut erat certũ vel notoriũ ipſum non eſſe de territorio
iuriſditionis iudicantis, & nõ tenetur cõparere. Aut erat dubiũ.
& tũc ſecus. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. Nam iſta diſtinctio fal
lit eo caſu quo citatus ipſo iure nõ erat de iuriſditione ſua: vt qa
erat forẽſis, vel ſi erat ciuis, erat exemptus per l. ſcriptam vel ſta-
tutum. Si autem non ipſo iure: ſed ita demũ ſi volebat vti. pone
exemplum in ſcholari qui ſubeſt ipſo iure iuriſd. Poteſtatis: ſed
ſi vult poteſt eam declinare, & petere ſe remitti ad rectorem vt
in aut. habita. j. ne filius pro patre. Item pone exemplum in le-
gato reperto Romæ, vel in curia Romana quæ eſt cõis patria:
& in qua quilibet poteſt conueniri: tamen ſi erat ibi legatus, ha-
bet priuilegiũ reuocandi domũ ſi vult: vt l. ij. §. legatis. ff. de iudi.
iſto caſu tenetur ſemper cõparere etiã ſi erat certũ q̃ erat ſchola-
ris vel legatus: quia nõ erat certũ an vellet vti tali priuilegio niſi
ipſum allegaret: vnde tunc tenetur ſemper comparere & allega
re: aliàs poteſt procedi contra eum tanquam ſi nõ haberet priui
legiũ: ita vult Pet. hic, licet Bal. aliter ipſum recitet: & non bene:
patet etiam q̃ ſi procedatur contra illum qui ipſo iure nõ ſubeſt
iuriſditioni citãtis, & ipſe non comparet, proceſſus factus cõtra
eum eſt ipſo iure nullus: & de nullitate põt allegari quãdocunq;
tanquã factus à non cõpetenti iudice. Nam non cõparendo nõ
videtur iuriſdi. prorogare: vt l. ſi quis ex conſenſu. j. tit. j. vt ſi erat
clericus. Sed quantũ ad mulctam imponẽdã eo caſu quod erat
dubium, & tenebat̃ cõparere, poſſet imponi: niſi qñ erat clericus
quod dic vt no. ſubtiliter & plenè in c. ſcienti. de regu. iur. lib. vj.
in mercu. in q. quã fecit ibi Io. And. de dictis Egidij Bononiẽſis
5 docto. † Vltimò de iſto brocardo. An ceſſante cauſa ceſſet effe
ctus. Bal. Poſt Pe. qui hic diſtinguit ĩfinita verba, dicit. dic vt hic
per eum: quia potius eſt laborioſum quàm vtile recitare verba
ſua: & adde quod no. in l. ij. §. fin. ff. de dona. An cauſa præſuma-
tur finalis, vel impulſiua. Item an ea quę dicuntur procedant de
iure canonico. vide lxxxvj. diſtinct. c. fina. & xxj. quæſtio. iij. c.
Cyprianus.

2 *Teſtis qui non cogitur inuitus teſtificari, ſi teſtificatur, quod debeat ſcribi in actis quod ſponte teſtificatur: & q̃, idem in proxeneta: qui nõ admittitur niſi uolentibus partibus, q̃ debeat de eorum uoluntate apparere.*

## A V T H E N T I C A.

1 PResbyteros. † No. hic qđ illi q nõ cogunt̃ ſu
ſcipere tutelã: ſi volũt ſpõte ſu-
ſcipere, admittunt̃, & debẽt declarare volũtatẽ eorum
infra quatuor mẽſes: aliàs nõ admittunt̃ poſtea. Iſtud
inducebat Bar. ad matrẽ & auiã quæ nõ cõpellit̃: & põt accipe-
re ſi vult: vt in aut. matri & auiæ. qñ mu. of. tu. fun. põt q̃ debeat
declarare volũtatẽ ſuã infra quatuor mẽſes, q̃ ſi nõ faciat: exclu
tur à tutela: & vltra hoc priuat̃ ſucceſsione filij moriẽtis in pu-
pillari ætate: & ita dicit eſſe intelligendũ. l. ij. §. cõfeſtim. ff. ad ter-
tul. Sed vtrunq; dictũ reprehẽdit̃ per Bal. qa mater habet annũ
ad ſuſcipiẽdũ tutelã, vel faciẽdũ aliũ tutorẽ dari, vt inſti. ad Ter-
tul. §. fi. & licet malè faciat, ſi prius habet facultatẽ hoc faciẽdi &
nõ facit qa debet facere quãprimũ põt vt in d. §. confeſtim. atta-
men nõ priuat̃ ſucceſsiõe filij: niſi negligat per annũ: aliàs ad qd
daret̃ annus ſi nõ ꝓdeſſet: quinimò licet negligẽdo per annũ pri
uet̃ ſucceſsione, ſi filius moriat̃ in pupillari ætate, nõ tñ excludi
tur à tutela ſi poſt annum vult ipſam accipere, vt no. in l. iij. ff. de
legit. tut. & adde quod not. Bald. in l. precibus. j. de impu. & ali.
ſubſti. Nec ob. iſte tex. quia illa ratio eſt in clericis, vt deſeruiant
2 eccleſiæ: quod poſt quatuor mẽſes etiã volẽtes nõ audiãtur. † Itẽ
inducit̃ in arg. ſecundũ Cy. quod qñ eſt aliquis teſtis qui nõ co-
gitur inuitus teſtificari. de quo in l. lege Iul. & l. inuiti. ff. de teſti.
qñ teſtificat̃: debeat ſcribi in actis quod ſponte teſtificatur: aliàs
præſumeret̃ inuitus, & nõ valeret ſecũdũ Bart. de capua, & Cy.
& Bar. dicit ita de facto ſeruaſſe in ciuitate Piſarũ: & Richar. di-
cit ſe habuiſſe de facto in quodã proxeneta, qui nõ auditur niſi
volẽtibus partibus: vt in c. j. cũ ibi no. de teſti. lib. vj. Certè nõ lo-
quimur qñ ipſe teſtis inuitus nõ cõpellitur. Vltimò ꝑ eo quod
hic dicitur in fi. vide lxxxvj. diſt. c. peruenit. in tex. & glo.

2 *Rapiẽs meretricẽ quæ eſt nupta, debet puniri pœna huius, & in ea cõmittitur adulterium ſicut in honeſta: & quid ſi non erat nupta?*
*Rapiens uxorem ſuam fortè de domo patris, non punitur pœna huius legis.*
3 *Quid in ſponſa per uerba de futuro? quod ſit idem, ſi conſenſit, & quid ſi non conſenſit?*
4 *Si quis ſtuprauit honeſtam mulierem per uim, non tamen traxit eam de loco ad locum, qua pœna punietur?*
5 *Raptor ſi uult accipere raptam in uxorem, an euitet pœnam.*
*Qualiter poſsit dici quem præſtare opem poſt maleficium commiſſum?*
6 *Valet ſtatutum permittens cuilibet priuato, interficiendi bannitum: & ſi permittat offendi: includitur etiam quod poſsit interficere.*
*Si permittitur certis perſonis, puta conſanguineis, quod poſsint interficere raptorem*

*...m virginis repertum in flagranti crimine, an poſsit conſanguineus ducere ſecum extraneum, & facere per illum interfici.*

7 *Caſus in quo malefactor per quecunque iudicem capiatur etiam, qui non ſit iudex ſuus, nec in ſuo territorio deliquerit poteſt ipſum punire ſine fori præſcriptione.*

8 *Ille qui dicitur malefactor ſi fuerit comprehenſus, nõ poteſt condemnari uel puniri niſi legitimè conuincatur.*

*Fuga an probet maleficium?*

9 *Caſus in quo poſſeſsio ipſo iure acquiritur eccleſiæ ſine apprehenſione: & regulariter ſecus.*

*Habens ſolam proprietatem: quod dicatur habere plenum dominium, & qualiter iſta verba pleno iure intelligantur?*

## LEX XLI.

1 RAptores. †Pœnæ huius l. locum habent etiam pro ſolo raptu ſine ſtupro. Item habet locum in mulieribus honeſtis. †Quæro, vtrum
2 iſta lex habeat locũ in eo qui rapuit meretricem. Gloſ. inſti. de publ. iudi. §. Item lex Iulia. dicit quod nõ. Tu diſtingue. Aut erat nupta, & locũ habet in ea. Nam in ea cõmittit adulterũ ſicut in honeſta muliere. vt l. ſi vxor. in princi. ff. de adul. ergo & raptus. Aut non erat nupta: & tũc aut cõſenſit: & nõ habet locũ, propter vtilitatem vitæ. vt j. de adulte. l. ſi ea quæ. per hoc differt ab honeſta muliere. in qua locum habet etiam ſi conſenſit: vt in fine huius l. aut non conſenſit: & tunc aut habuit iuſtam cauſam contradicendi: quia fortè volebat redire ad honeſtã vitã: vel quia rapiens erat eius attinẽs. Et locũ habet iſta l. aut nõ habebat iuſtã cauſam, & tunc ſecus. arg. d. l. ſi ea quę. ſecũdum Guli. de Cu. & Bal. Item quæro an habeat locũ in rapiẽte vxorẽ ſuã fortè de domo patris? & dic ꝙ nõ ſecũdũ doc. qa maritus habet manuũ iniectionẽ in vxorẽ. arg. l. ſicut. ff. de oper. lib.
3 †Item quæro, an habeat locũ in ſpõſa ſua per verba de futuro dic ꝙ ſi cõſenſit, nõ habet locũ; ꝓpter præcedẽtẽ tractatũ de matrimonio: quia ſi ſequat̃ copula carnalis, trãſit in matrimoniũ de præſenti. vt in c. pe. de rapto. Si verò nõ cõſenſit, quia fortè volebat ingredi monaſteriũ: dic vt habetur in q. diſputata: quã ponit Io. And. in regula quæ cõtra ius de reg. iur. in mercuria. libro vj.
4 †Item quæro, quid ſi aliquis ſtuprauit honeſtam mulierem per vim, nõ tamẽ traxit eam de loco ad locũ? dic nõ habere locũ pœnam huius l. ſed pœnam l. Iuliæ. de vi. quæ eſt minor. vt inſtit. de pub. iud. §. Item eadẽ. l. & ita refert Gandinus in opere ſuo maleficiorũ terminatũ fuiſſe Bononiæ ſub rubri. de multis quæſtionibus incidentibus in cauſis criminalibus. ad quod vide bonum tex. qualiter dicatur rapi in l. ſed eximẽdi. ff. ne quis eum qui in
5 ius voc. †Item quæro, ſi raptor vult accipere raptã in vxorem? dic quod de iure ciuili nõ euitat pœnã huius l. quia prohibetur matrimoniũ inter eos, de iure verò canonico nõ permittit̃: vt in c. fi. de rapt. Sed an hoc euitet pœnã legalẽ? eſt dubiũ: propter ea quæ habetur in c. j. & ij. de adul. quæ vident̃ ꝓbare ꝙ ſic: ſed gl. & doct. intelligũt ibi in foro eccleſiaſtico, vel in terris in quibus
a eccleſia habet tẽporalitatẽ. Ego aũt[a] aliàs cõſului ꝙ euitet: qa ius canonicũ potuit in hoc mitigare pœnã legalẽ, ſicut i multis alijs corrigit ius ciuile: hoc tñ verũ ſit rapta & parẽtes ei conſentiunt aliàs ſecus. & per illud cõſiliũ ille euaſit mortẽ in ciuitate Mantuæ. ſcias ꝙ hæc l. habet locũ in eo qui rapuit: licet nõ ſtuprauerit. deinde no. ex prin. huius l. iuncto fi. ꝙ præſtãs opẽ maleficio committendo, in ipſo actu maleficij plus punit̃ quã ſi poſt: de hoc dico vt plenè no. per Bar. in l. is qui opẽ. ff. de fur. Item ꝙ ita põt dici quẽ præſtare opẽ poſt maleficiũ cõmiſſum ſicut in ipſo maleficio cõmiſſo, vel ante, puta receptãdo. Adde quod dicit Inn.
b ꝙ ille ſtat armatus[b] iuxta occidẽtẽ vel vulnerãtẽ, licet nihil faciat
6 niſi quia aſsiſtat, dicetur occidẽs vel vulnerãs. †Item not. dũ dat licentiã cõſanguineis interficiẽdi repertũ in flagrãti crimine ſar. ꝙ valet ſtatutũ permittẽs cuilibet priuato interficiẽdi bãnitũ. nã ſicut lex iuris cõis põt permittere priuato quod occidat generaliter ex iuſta cauſa: vt hic & j. vt li. ſe ſine iu. vin. & finaliter ita terminatũ: vt not. in addi. Spec. in tit. de cõſti. ſuper rubri. vbi refert diſpu. Iac. de Are. & ſi permittit offendi, includitur etiam ꝙ poſsit interficere: quia dicit̃ offenſio. De his etiã not. pro Gandi. in prædicto opere rubri. xxiij. quæ incip. de bannitis pro maleficio: & etiam in vlti. rubri. illius operis, & Bar. conſuluit in conſi. quod incip. ſtatuto caſtri plebij. & tangitur in l. iij. §. pe. de alimẽ. lega. Sed quid ſi permittit certis perſonis tantũ vt hic: puta conſanguineis. An poſsit cõſanguineus ducere ſecum extraneum, & facere per illum interfici: adeo ꝙ ille non puniatur: videtur ꝙ non: quia ſtandum eſt verbis. In contrarium videtur per l. iij. §. eum qui. ff. de vi & vi ar. & no. eo. tit. l. cum fundũ. in gl. ſuper ver. poſtea. & hoc eſt vtile. Nam ſtatutum Florẽtiæ permittit ei qui percuſſus vel vulneratus fuit ab alio: ꝙ poſſit ſe vindicare propria authoritate, reddendo ſimilem percuſsionem. An ergo poterit ducere ſecum ſocium & facere per illũ reddi ſimile: ſolent allegari iura prædicta: & facit l. Gracchus. j. de adul. nam patri permittitur occidere repertum in adulterio cũ filia, & ibi dicitur ꝙ ſi facit interfici per filium, ꝙ ille non punitur
7 & tamen permiſsio non fit filio, ſed patri. †Item not. caſum in quo malefactor per quẽcunq; iudicem capiatur, etiam qui non ſit iudex ſuus, nec in ſuo territorio deliquit: ſed alibi põt ipſum punire ſine fori pręſcriptione: vt patet ibi: necnon alij cuiuſlibet ordinis: nec remittitur ad locum delicti commiſsi: regulariter ſecus, vt l. j. j. vbi de cri. agi. opor. & in authẽ. vt nulli iudi. §. ſi quis
8 verò comprehẽſorũ. †No. etiam ſecundũ doct. ꝙ ille qui dicitur malefactor ſi fuerit cõprehenſus: nõ poteſt condẽnari vel puniri, niſi legitimè conuincatur: & ſic fuga non probat maleficium, de hoc dic: vt l. lege Cor. ad ſil. Et per hoc dicimus ꝙ de iure cõmuni bannitus pro maleficio: quia non comparuit, non habetur pro confeſſo: & ſi capiatur, debet inquiri & poni ad torturã: non autem eo ipſo condemnari, vel puniri: niſi ſtatutum dicat contrarium: vt in terris Tuſciæ. Sed in partibus iſtis ponitur in banno ad inquirendum: & ſic ſe cõformat cum iure cõmuni, & hoc patet in text. ibi. [ poſt legitimas & iuri cognitas &c. ] & poſt cõfeſsionem maleficij datur ſibi terminus ad faciẽdã ſuã defenſionem. Sed ſi dixerit ſe nullã habere ſtatim cõdẽnabitur. glo. eſt ſing. quæ allegatur ad hoc in l. j. ff. de fu. balne. Vltimò not. tex. ante fi. dum dicit [ omnem proprietatem & plenã poſſeſsionẽ. ]
9 †nam hic eſt caſus in quo poſſeſsio ipſo iure acquiritur eccleſiæ ſine apprehenſione: regulariter ſecus: vt no. in l. fi. ſ. tit. j. Item patet per iſtũ tex. ꝙ ille qui habet ſolã proprietatẽ. dicit̃ habere plenum dominiũ: & ſic nõ eſt ineptus libellus in quo petat hoc declarari. Nam dicitur habere quis dominium pleno iure, quando habet directum: licet alius habeat vtile: vt no. l. Pompo. ſcribit. in vlti. ff. de rei ven. Aliquando verò iſta verba pleno iure intelliguntur reſpectu proprietatis, & poſſeſsionis. de quo vide per Bal. in l. ſi mater. ad Tertul.

a ¶Ego aũt, Adde qđ eſt in cõſ. ccvj. incip. cõſiliũ viſo dicto ſtatuto. & de hoc aliqd per Alex. de Imo. in cõſil. j. in iij. volumi. Cur.

b ¶Qui ſtat armatus. Adde Pe. de Anc. in in repe. regulæ acceſſorium. in vij. op. de re. iur. lib. vj.

1 *Matrimonio contracto per uerba de præſenti; ſi ſecuta ſit copula carnalis, non poteſt alter ex coniugibus inuito altero religionem ingredi: & quid ſi alter conſentiat?*

*Quid ſi matrimonium non eſſet conſummatum per copulam carnalem?*

3 *Quid ſi ante matrimonium contractum interuenerit copula: ſed poſtea non? & an Papa poſſit diſſoluere.*

4 *Illud quod impedit religionis ingreſſum metu pœnæ: eſt contra Dei timorem: & ſic reprobatur à iure.*

*Si mulieri aliquid relinquatur ſub conditione ſi nupſerit: & ipſa non nubat: ſed ingrediatur monaſterium quod conſeruatur relictum ac ſi nupſiſſet.*

5 *Si pater relinquat filiæ mille ſi nupſerit: & ſi ingrediatur monaſterium relinquat ccc. ſi ingreditur monaſterium, an conſequetur mille ac ſi nupſiſſet.*

6 *Datio arrharum, an probetur per confeſsionem recipientis?*

7 *Pactum uel ſtatutum de dote lucranda, an habeat locum; ſi mulier quæ dotem dedit uel promiſit, moriatur antequam ad domum mariti traducatur; uel ante copulam carnalem?*

## LEX XLII.

1 DEo nobis. †Poteſt alter ex ſponſis altero inuito, religionem ingredi, & ſoluuntur ſponſalia: nec per hoc aliquem pœnam arrharum patitur: quia non videntur diſſoluta eius culpa: ſed ex iuſta & legitima cauſa. Similiter alter ex coniugibus, poteſt altero inuito religionem ingredi, & diſſoluitur matrimonium. nec per hoc aliquam pœnam patitur circa dotem vel donationem propter nuptias, quaſi eius culpa matrimonium ſit ſolutum, habetur tamẽ ingrediens pro mortuo vel mortua: & ſic vendicat ſibi locum pactum vel ſtatutum de certa parte dotis lucrãda in cau
2 ſa mortis. h. d. vſq; ad §. hoc etiam cognitum. †Et aduerte: quia de ſponſis per verba de futuro remanet hodie de iure canonico incorrecta: imò confirmata eſt: vt patet xxvij. q. ij. per totum: ſed ſecunda pars de coniugibus qui contraxerunt per verba de præſenti, ſiue ſecuta erat copula carnalis, ſiue non, corrigitur de iure canonico eo caſu quo matrimonium erat conſummatum

a ¶Per ingreſſum reli gionis. Adde c.ex pu blico. & ibi doct. de conuer.coniug.

b ¶Ex quo etiam. De hoc vide per.d. Ant. & Abb. in c. in præ-ſentia. de, probat. & Bal.in auť.niſi.C.ad trebel. Ludo.Roma. in l.ſtipulatio hocmo do concepta.ff. de vꝰ. ob. adde eundẽ Pau. de Caſt. in l.quoties. ſub conditione.ff. de condi. & demon. & in dicta auť. niſi ro-gaſti. Matheſi.in ſuo notabili cccccxxi. & nouiſsimè per Fel.in d.c.in præſentia. col. xv.circa fin. & hanc queſtionem declara. vt ibi per eum. Cur.

c ¶Pater non poteſt fi lium exhæredare. In quibus caſibꝰ pater põt exhęredare filiũ vide per gl.in c.quin tauallis. de iureiurã.

d ¶Per ingreſſum reli gionis. Adde gl. in l. ſi ex cauſa.in §.pe.ff. de mino.gl. j. in c.in-decorum. de ætа. & quali.Spec.ti. de ſta. mona.ver.xij.

per copulã carnalẽ: quia nõ poteſt diſſolui
per ingreſſum religiõis, quo ad hoc vt alter
qui remanet in ſeculo poſsit contrahere cũ
altero vel altera. Nec poſſet papa ſuper hoc
diſpenſare. Sed nec altero inuito poteſt in-
gredi. & ſi cõtrafaceret, poſſet vendicari &
extrahi de monaſterio: ſed conſentiẽte alte-
ro & continentiã promittẽte: ſi nõ ſit ſuſpi-
cio de incõtinẽtia, bene poteſt ingredi. nec
tunc ſeparatur matrimoniũ, ſed thorus: vt
hæc habenť in c. Agatoſa.ea cauſa.et q. Sed
ſi nõ eſſet cõſummatũ ꝑ copulã carnalẽ: tũc
ꝑ ingreſſum alterius, etiã altero inuito ma-
trimoniũ diſſolueret etiã quo ad fœdus ma
trimonij, vt poſsit cũ altero vel altera cõtra
here. vt etiã de his habeť plenè in c. ex pu-
blico. de cõuer. cõiu. & quæ ſit diuerſitatis
ratio dic vt ibi no. & ſic bñ poſſet Papa diſ-
ſoluere matrimoniũ cõtractũ per verba de
præſenti: ſi poſtea nõ eſt ſecuta copula car-
3 nis. †Sed quid ſi ante matrimoniũ contra-
ctũ interueniat copula, poſtea non. Adhuc
quæriť an Papa poſsit diſſoluere. Bal. mo-
uet hanc q. in l. Paulus. ff. de ſta. ho. dicẽs ꝙ
copula præcedẽs cũ nõ fuerit matrimonia-
lis, nõ impedit ſeparationẽ matrimonij. per
a ingreſſum religionis.[a] vel diſpẽſationẽ Pa-
pæ. Tene menti: quia iſta fuit quotidiana.
4 †In tex. ibi, [cõtra Dei timorẽ.] No. ſecun-
dum Bal. quod illud qđ impedit religionis ingreſſum metu pœ-
næ eſt cõtra Dei timorẽ. & ſic reprobať à iure. & in hoc videtur
cõſentire ratio. §. ſed & hoc ꝑſenti. in auť. de ſan. epiſc. vbi habeť
ꝙ ſi mulieri aliqd relinquiť ſub cõditione ſi nupſerit: & ipſa nõ
nubat: ſed ingrediať monaſteriũ, cõſequiť relictũ ac ſi nupſiſſet:
quia illa cõditio reijciť in ea q̃ vult monaſteriũ ingredi, tanquã
cõtraria voto religionis. Similiter ſi aliquis fuit rogatus reſtitue
re ſub conditione ſi deceſſerit ſine liberis, & ingrediatur mona-
ſterium: & ſic liberos habere non potuit. ꝙ non videtur extare
conditio fideicommiſsi. nec veniunt bona reſtituenda: ſed eſt
perinde ac ſi deceſsiſſet cum liberis: quia illa conditio ſimiliter
videtur reprobari, tanquam contraria voto religionis. ita dixit
Ricar. Mal. in q. diſputata hic per eum. in qua concluſit ꝙ etiã ſi
conſtabat de intentione teſtatoris in cõtrarium, ſ. in primo caſu
ꝙ ſentit de matrimonio carnali non de ſpirituali. & in ſecundo
ꝙ ſenſit de liberis veris. & ex ſuo corpore deſcẽdentibus nihilo-
5 minus habent locum ea quæ dixi. †Ex quo etiam[b] terminauit
b q. quotidianã. ſi pater relinquat mille filiæ ſi nupſerit, et ſi ingre-
diatur monaſterium relinquit. cccc. duntaxat & ipſa ingrediať,
ꝙ ipſa conſequetur mille ac ſi nupſiſſet in ſeculo. & ita diſputan
do tenuit do. Thomas de Formaglinis de Bononia, vt refert Io.
And. in titu. de ſta. mo. in addi. Spec. ſed Iac. de Bel. & Bald. te-
nent contrarium, & ego etiam ſecutus alias cõſului quod dictę
conditiones non reijciantur, tanquam cõtrariæ voto religionis:
ſed ex præſumpta mente defuncti, qui de ingreſſu religionis nõ
cogitauit. nam lex pręſumit ꝙ ſi cogitaſſet, tales conditiones nõ
appoſuiſſet. vbicunq; ergo apparet quod cogitauit & contrariũ
voluit ꝙ ſi ingrediatur religionẽ non habeat, vel ꝙ reſtituat: tũc
ſeruanda eſt intentio teſtatoris. & ita communiter ſeruatur. & h.
d. Bald. ſatis probari in ver. [et nihil amplius.] vbi tex. vult ꝙ pa
ter neceſsitetur relinquere filio ſuam legitimam ſi ingrediatur
religionem. nec vltra: ſi non vult. ſicut ergo nõ cogiť vltra relin-
quere ſi non vult, ergo & ſi relinquit poſſunt epiſcopi ſubſtitue-
re in eo quod vltra relinquit ſi ingrediatur monaſteriũ, & ſic ſi-
6 bi auferre. & vide Barto. in l. prima ff. de his quæ pœ. no. †Item
not. ibi [niſi quod probata fuerit accepiſſe] ſecundum Baldum
quòd datio arrharum non probatur per confeſsionem recipien-
tis, vel per inſtrumentum quod non continet niſi confeſsionem
ſed debet probari vel per teſtes, vel per inſtrumentum, in quo
notarius atteſtetur de numeratione facta ipſo præſente. & ra-
tio eſt: quia præſumitur facta confeſsio in fraudem l. dicentis
ꝙ in matrimonijs non poteſt peti pœna: licet poſsit dari arrha.
vt in l. Titia. de ver. obliga. iuncta l. j. j. de ſpon. & dicit Bal. quod
Barto. hic tenet, ipſe tamen determinat contrarium, & dicit ſer-
uari. Sed ſalua reuerentia Bartol. non tenet hoc: imò tenet illud
idem quòd ipſe tenet in dicta l. Titia. eo caſu quo alter tantum
fuit confeſſus recepiſſe ab altero: ſed ſi ambo confitentur, puta
ſponſus quòd recepit. c. à ſponſa. & econuerſo: tunc tales confeſ
ſiones bene præſumuntur factæ in fraudem. l. quod dic vt ibi
per eum. & etiam per Bald. infra quam lic. ab empti. di. l. ij. vbi
7 omnino vide. †Vltimò determinat Bald. per iſtum ver. [nam
& maritis] dum dicit habere locum pactum de dote lucranda
per ingreſſum religionis, ꝙ tale pactum vel ſtatutum: etiam ſi
mulier quæ dotem dedit vel promiſit moriatur antequam ad
domum mariti traducatur, vel ante copulam carnalem, quia iſte
ver. hodie reſtringitur ad dictum caſum, & quia verum eſt dice
re ꝙ vxor prædeceſsit in matrimonio: cum illud fuit cõtractum
per ſola verba de præſenti. vt in l. nuptias. de regulis iur. Tamen
iſte tex. parum facit, cum loquatur etiã quando erat conſumma
tũ per copulã carnalẽ, licet hodie hoc corrigať: & ad illũ caſum
poſſet referri quod hic dicit de lucro dotis ſecundùm do. Raph.
qui bene dicit in hoc. Adde quod dicit Bald. no. in l. non ſine. C.
de bon. quæ libe. ſi ſtatutum diceret ꝙ ſi mulier in matrimonio
copulata præcedat, vir lucretur dotem, ꝙ illud verbum copula-
ta importat ꝙ ſit conſummatum per copulam carnalem. aliàs nõ
lucrabitur. Quid autem in ſponſo? Dic vt ibi per Cyn. & adde
quod Bal. no. in l. nihil. rer. amo.

2 ¶Statutum ſi dicat ꝙ mulier ingrediens monaſterium, non ſuccedat cum maſculo: an tale ſtatutum valeat?

3 Filius licet per ingreſſum religionis exeat patriam poteſtatem, nihilominus patre mortuo defertur ſibi hæreditas iure ſuitatis, & quid in religione mendicantium.

## 1 §. Hoc etiam.

†Not. ꝙ ius religionis potentius eſt
quàm patria poteſtas: quia pater nõ po
teſt abſtrahere filium à monaſterio: & ſic non habet interdictum
c de liber. exhib. Item quod pater non poteſt filium exhæredare[c]
propter hanc ſolam cauſam, ꝙ contra vel præter voluntatem
ſuam ingreſſus ſit monaſterium. Sed quid ſi fuerat alia cauſa.
Guliel. de Cu. dicit ꝙ ſi illa cauſa concernebat iniuriam patris:
vt quia violentas manus in ipſum iniecerat, illa cauſa non tolli-
tur per ingreſſum religionis: ſed poteſt ipſum exhæredare. Sed
ſi non concernebat iniuriam patris: ſed vtilitatem ſuam: quia dũ
fuit in ſeculo inhoneſtè vixit, & fuit arenarius, quæ eſt iuſta cau
ſa exhæredandi, vel fortè contraxit matrimonium cum vili per-
ſona ſine voluntate patris, iſtæ cauſæ abolentur per ingreſſum
2 religionis, & ita intelligatur glo. quæ eſt hic. †& iſte §. inducitur
ad quæſtionem. Si ſtatutum dicat ꝙ mulier ingreſſa monaſte-
rium vel ingrediens nõ ſuccedat cum maſculo: an tale ſtatutum
valeat? & eſt ar. hic ꝙ non: quia ſicut pater non poteſt eam exhę
redare per ingreſſum, ita nec patria per ſtatutum: ſed iſtud argu
mentum non eſt bonum; quia plus poteſt patria quàm pater pri
uatus. iuxta no. in l. impoſsibile. ff. de pactis. vnde Docto. diſtin-
guunt, aut loquitur per verbum de præterito: puta ingreſſa mo-
naſterium non ſuccedat: & tunc nõ valet: quia ſtatuit in illa quæ
ſibi non eſt ſubiecta poſt ingreſſum. Aut loquitur per verbũ de
præſenti: puta ꝙ ingrediens &c. & tunc ſecus: quia ſtatuit in ſibi
ſubiectam: cum enim incipit ingredi, adhuc ingreſſu non facto
eſt ſibi ſubdita; & ſic poteſt eam ligare. arg. in l. qui duos. de ma-
numiſ. teſt. dum dicit ꝙ viuens qs moritur: & pro iſta diſtinctio
ne facit optimè text. in l. ſtichus ſeruus meus. de manu. teſta. &
hoc tangit Bartol. in l. fina. j. de pact. Mihi videtur quod iſta di-
ſtinctio poſſet procedere, ſi ſtatutum diceret quod ingrediens
vel ingreſſa efficiatur inhabilis ad ſuccedendum: quia iſta inha-
bilitas confertur cum incipit ingredi, vel eſt ingreſſa. Sed ſi di-
cat ingrediens vel ingreſſa non ſuccedat: tunc indiſtinctè non
valet; quia ſuccedere vel non ſuccedere pendent de futuro, cum
defertur hæreditas; ante enim non dicitur quis ſuccedere: ſed cũ
debetur hæreditas; & venit tempus ſuccedendi: tunc reperi-
tur religioſa: & non poteſt inhabilitari à ſtatuto, etiam ſi loqua-
tur per verba de præſenti. Tene menti: quia hoc eſt ſubtile &
3 & verum. †Vltimò Doct. dicunt quòd filius licet per ingreſ-
d ſum religionis[d] exeat patriam poteſtatẽ, nihilominus patre mor-
tuo defertur ſibi hæreditas iure ſuitatis: quia iſte tex. vult ꝙ ſuc-
cedat perinde ac ſi non fuiſſet religionem ingreſſus: & ſic ſi dece
dat antequam ſe immiſceat, tranſmittit ad monaſterium iure
ſuitatis,

ſitatis,ſicut tranſmitteret ad ſuos hæredes & extraneos, & ha-
bet locum in religione quæ habet in communi:ſed in religione
mendicantium dic vt dixi.ſ.in authen. ingreſſi.

*De epiſcopali audientia.* *Rubrica.*

Præmitte hic, † ꝙ Epiſcopi tempore harum legum, non ha-
1 bebant iuriſdictionem contẽtioſam etiam inter clericos niſi de
voluntate partium.vt j.eo.l.ſi qui ex conſenſu.ſuberãt enim cle-
rici iudicibus ſecularibus.vt.ſ.tit.j.l.omnes clerici. tamen ciuita
ti conſtantinopolitanæ ſuberant etiam Patriarchæ.vt in l. cùm
clericis.Sed in quibuſdam concernentibus pietatem recurreba
tur etiam ad eos.& de hoc tractat iſte tit.

*1 ¶ Ad curam epiſcoporum pertinet ut tempore cariſtiæ uictualia uendãtur pro iuſto foro:ne pauperes fame pereant.*
*Redimens aliquem de captiuitate pro parua quantitate,non ei poteſt magnam tagliam imponere.*
*3 An quis cogatur uendere res ſuas,& an pro certo pretio?*
*4 Alimentorum appellatione cùm contineantur ueſtes, & etiam habitatio, quod poſſit imponi certa taxa in penſionibus domorum,& in uenditionibus pannorum.*

LEX. I.

1 NEgotiatores. † Ad curam epiſcoporum pertinet ne redimẽ
tes captiuos ab hoſtibus plus ab eis exigant, quã
pro eis ſoluerint.h.d.ſecundũ vnã lect. quæ de-
claratur.in l.fi.j.de capti. ꝙ vel rehabeant quod
2 ſoluerunt ad operas quinquennales.† ſecundùm
aliam lecturam dicit quod ad curam epiſcoporum pertinet vt
tempore cariſtiæ victualia vẽdantur pro iuſto foro,ne pauperes
fame pereant. ſic no.ex prima lec.contra illos qui faciunt mer-
cãtiam de hominibus,redimendo ipos de captiuitate pro parua
quantitate.& poſtea imponunt eis magnam tagliam.& ſi habe-
rent ipſos in domo non poſſent ab eis aliquid exigere : quia idẽ
iuris eſt de parte quo ad partem,quod eſt de toto quo ad totũ.
3 † Circa ſecundam lect.vide quod no.in l.inuitum.de contrahẽ.
emp.an quis cogatur vendere res ſuas:et an pro certo pretio.de
quo etiam tangit hic Cy.nam victualia ſi habet quis extra ſuã
indigentiam tempore cariſtiæ,tenetur vendere:& etiam pro iu-
ſto pretio taxando.vt hic & in.l.j.§.cura carnis.ff.de offici. præ-
4 fec.vrb.† Et dicit hic Pet.quod cum appellatione alimẽtorum[a]
a contineantur veſtes & etiam habitatio:poteſt imponi certa ta-
xa in penſionibus domorũ:& etiam in venditionibus pannorũ.

*2 ¶ Quando liceat appellare ab interlocutoria,uel ab alio grauamine?*
*3 Pœnæ quæ imponuntur clericis propter eorum delicta per curiam epiſcopalẽ,an debeant erogari pauperibus,uel applicari curiæ epiſcopali:& quid in malè ablatis.*
*4 Pœna an committatur ex actu nullo?*

LEX. II.

1 SI clericus. † Clericus appellans fruſtratoriè ab
interlocutoria punitur pœna pecu-
niaria de qua hic.quæ nõ applicatur fiſco: ſed paupe-
ribus erogatur per epm.h.d.Et propter hoc vltimũ po
ſita eſt iſta.l.hoc ti.Nam etiam laicus appellans fruſtratoriè ab
interlocutoria punitur eadem pœna.vt.j.quorũ app.non reci. l.
ab executione.in fi.tamẽ tunc pœna applicatur fiſco.& hoc de
iure ciuili.Ce iure verò canonico nõ reperitur ꝙ tali pœna pu-
niatur.glo.eſt ordi.quã tene menti.in l.j.§.fi.ff.á qui.app.non li.
Ideo in terris eccleſiæ quo ad temporalẽ iuriſdictionem nõ ſer
uaretur iſta.l.quò ad hanc pœnam.nec etiam in curia eccleſiaſti
ca,in qua ſeruantur canones.vt in c.quòd clericis.de fo.cõp. Et
tamen appellatio fruſtratoria ita reprobatur de iure canonico,ſi
cut de iure ciuili ab interlocutoria.vt in c.paſtoralis.de appel.&
2 eo.ti.c.cũ appellationibus.li.vj.† Sed quando nõ eſt fruſtrato-
ria:quia ex cauſa iuſti grauaminis:tunc differt ius ciuile à cano
nico:quia cũ de iure ciuili inſtantia duret triennio, ne contigat
eam protelari,inhibetur talis appellatio ab interlocutoria.et ſi ſit
cã iuſti grauaminis.ſi tamen eſt talis ꝙ poteſt reparari ꝑ appel-
lationem interpoſitã à diffinitiua.vt in l.ante ſentẽtiæ tempus.j.
quo.app.non re.ſed ſi non poſſet reparari,tũc permittitur. vt in
l.ſi quis prouocatione.j.de app.& tunc durante cã appellationis
videtur ꝙ non currat tempus inſtantiæ.per l.intra vtile.ff.de mi
no.& per l.contra maiores.j.de inoffi.teſt.& l.ſi cũ ipſe.ff.de exc.
tut.De iure verò canonico ſecundum quod inſtantia durat per
petuò:qa ceſſat ratio ſupradicta,poteſt appellari à quolibet gra-
uamine,& à qualibet interlocutoria,dum- a
modo appelletur in ſcriptis:& inferant̃ cau
ſæ grauaminis.vt in cle.j.de app.& in c.ap b
pellãti.eo.ti.Cætera vide per Bar. in.d.l. añ
ſentẽtię tps.& in l.eius qui.de appe.reci.&
Bal.hic aliqua tangit ad declarationẽ & li-
3 mitationem eorũ quæ ibi notantur.† Quæritur hic quid de aliis
pœnis quæ imponũtur clericis propter eorum delicta per curiã
epãlẽ,an debeant erogari pauperibus,vel applicari curiæ epãli,
Bal.tenet hãc vltima partẽ,dicẽs ꝙ reputatur eſſe de redditibus
curiæ:& ſic Eps ſalua cõſcientia de illis pœnis põt facere quid
vult ſicut de redditibus ſigilli.Nõ ob. iſta.l.qa hic vltra.l. proce-
dit mãdando ꝙ diſtribuat̃ inter pauperes,ſi hoc nõ faceret,eſſet
idem ꝙ ſupra dixi.tene mẽti. Incerta tñ & malè ablata nõ debet
Epiſcopus ſibi appropriare:ſed inter pauperes diſtribuere.vt in
4 c.cũ ſit.de iudi.& ibi not.† In gl.j.in fi.ibi.[ſi quis ex clericis] ad
cõtrariũ reſponde.ꝙ loquitur in pœna conuentionali, quæ nõ
cõmittitur ex actu nullo,ſeu de facto celebrato & non de iure.l.
continuus.§.cum quis.ff.de verbo.oblig.nos loquimur in pœna
legali,quæ cõmittitur ex actu nullo contra prohibitionẽ.l.atten
tato.Et de iſto arti.an ſufficiat de facto fieri vt pœna cõmittat̃.
vide plenè per Bar.j.de tranſac.l.vbi pactum.in fine.

a ¶ Appellatiõe alimẽtorum.Adde gl.in c. Epiſcopus.x.q.ij.
b ¶ Quia extrahũtur. Adde Bart.in l. Lucius.in fi.ff.ad turpi.

*2 ¶ Imperator in locis in quibus ſe reperiebat tempore paſchali,qualiter faciebat captiuos relaxari?*
*3 Tenens equum in paſcuis,requiſitus ab aliquo ut illum ſibi cõmodaret,ſi dixit ſibi quod iret ad paſcua,& ipſum reciperet & ita fecit: & poſtea expleto uſu,repoſuit in eiſdem paſcuis,& inde fuit ſubtractus,uel lupus comedit,an commodatarius teneatur?*
*4 Criminoſi dimittuntur impuniti:turbantur gaudia & lætitiæ hominum.*
*5 Homicida quod fecit expectet.*
*Qui occidit occidatur ſine redemptione,& quid ſi non dolo occidit?*
*6 Crimen læſæ maieſtatis non ſolum committitur aduerſus Principem uel Papam:ſed etiã aduerſus inferiores dominos terrarum,per eorum ſubditos: & quando ſeu qualiter committatur?*
*7 Quod duabus uicibus inducatur conſuetudo.*
*Qui in eodem genere delicti pluries conſueuit delinquere,grauius punitur: & ſi ſemel de primo delicto gratiam conſecutus eſt,amplius ſibi non parcitur.*
*8 Ad hoc ut dicatur aliquid conſuetum quid requiratur?*
*Verbum ſolitum uerificatur in una uice.*
*9 Non ualet reſcriptum ſuper remiſſione pœnæ,ſi impetrans illud delictum aliàs commiſit,& in impetratione non fecit de hoc mentionem.*
*Si aliquis ſemel fuit extractus de carceribus diebus paſcalibus,& poſtea iteratò carceratur propter idem crimen iteratò commiſſum,non eſt iterum excarcerandus.*

LEX. III.

1 NEmo. † Tempore paſchali debent carcerati de car
ceribus extrahi:niſi ſint carcerati pro graui
bus criminibus.de quibus hic vel niſi cõſueuerint plu
2 ries deliquiſſe in eodem genere delicti.h.d.tota.l.† Et
dicit Cyn.ſecundũ Pet.ꝙ licet extrahantur de carceribus:nõ ta-
men relaxantur ex toto:ſed retinẽtur ſub fida cuſtodia, & tranſ-
actis diebus paſchalibus reponuntur in carceribus:quia illa nõ
eſt abolitio criminis vel pœnæ:ſed relaxatio ad tempus à miſe-
ria carcerum, propter reuerentiam dierum paſchalium : ſed de
b conſuetudine aliter ſeruatur.quia extrahuntur[b] vſq; ad certum
tempus.& ex toto relaxãtur ſi ibi ſunt pro leuibus cauſis: & nõ
reſultat præiudicium niſi fiſco.& hoc ſolet fieri in feſto natiui-
tatis,& in paſcha reſurrectionis.& ita ſeruatur Florentiæ & Bo-
noniæ.& no.hic quæ ſint grauia crimina.de quo etiam vide ple
nè per Bar.in l.non ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniu.& illa cura ꝙ
extrahantur de carceribus pertinet ad epiſcopũ loci.ſi laici vel
officiales eorum eſſent in hoc negligẽtes:quia tenet hic ad opus
pietatis.ideo fuit poſita hæc.l.in iſto tit. Et not.ꝙ Imperator in
locis in quibus ſe reperiebat tempore paſchali faciebat captiuos
relaxari:ſed eo ſe abſentãte nõ audebant iudices & officiales pu
blici hoc facere ſine literis,& ſine ſpeciali commiſſione impera
toris.ꝙ remouet Impator per hãc.l.mãdãs eis ꝙ nõ expectẽt ta-
les literas quę tardè ſolẽt mitti:ſed faciãt id ꝙ impator facere cõ
3 ſueuit.† & facit iſte tex.ad q.no.in l.ſi negotia.ff.neg.geſt.de illo
q tenebat equum in paſcuis.& cũ requireret̃ à quodã ꝙ ipe ſibi
cõmodaret:dixit ſibi ꝙ iret ad paſcua,& reciperet ipm:ille ita fe
cit.& poſtea expleto vſu repoſuit in eiſdẽ paſcuis.et ĩde fuit ſub
tractꝰ,vel lupꝰ ipm comedit,cõquerit̃ dñs ꝙ illũ ibi dimiſit, nec
reduxit ad domũ ſuam,ille ſe excuſat ꝙ fecit illud ꝙ dñs facere
cõſueuit.et ſic vr̃ de volũtate ſua feciſſe.ar.hic.de hoc tãgit Cy.